



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

### Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

### About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

TRACTATUS NOBILIS SECVNDVS,  
Omnibus MEDICINAE Studiosis utilissimus,  
*Continens*

# APOLOGIAM,

*Qua*  
MACULAM à D. GUILHELMO  
BÔKELIO Cellensi, Stendalia Medico, Antiqua,  
Nobili & praestanti Hermetica seu Chemica Medi-  
cina, temerè aspersam abstergit, diluit, atq;  
repurgat; atq; simul arguit,

Quòd, cùm jam dicti BÔKELII, non tan-  
tùm medendi Methodus sit irrationalis atque  
planè Empirica, verùm etiam cùm purgantia, tùm alte-  
rantia Remedia, quibus utitur, sint venenata, delereria, cor-  
rosiva, impura, &c. sint maxima ex parte peregrina, nostris  
naturis adversa, corrupta, variè inter se confusa, omittan-  
tur in illis Lapidès, Mineralia, & Metalla, neque legitima,  
quæ Chemica est, arte preparata, nec justa, quæ tamen  
omnium debebat esse exactissima, observetur doseos ra-  
tio, idque contra Rationem, Experientiam, atque  
clarissimorum Medicorum medendi Leges,  
nec possit, nec debeat utilis  
amplius.

*Cum adnexione Responsionis specialioris;*

à

PETRO AMELVNGIO STENDALI

March. Brand. Med D. l. p.

In Reverentiam, Honorem & Dignitatem Antiquæ, No-  
bilis & praestantis Medicinæ Hermeticae

CONSCRIPTVS.

---

Lipsiæ Abraham Lamberg excudebat.

Cum Privilegio Sacræ Cæs. Majest.

4

*De Suppressoribus C. Plinius S. Nat.*

*Hist. lib. 25. cap. 1.*

**I**psa quæ nunc dicetur herbarum claritas Medicinæ tantum gratiâ gignente eas tellure, in admirationem curæ præscorum diligentiaque animum agit. Nihil ergo intentatum inexpertumque illis fuit, nihil deinde occultatum, quod non prodesse posteris vellent. (Imò omnia perscrutati usque ad relegmina unguium, teste eodem C. Plinio S. Nat. Hist. lib. 28. cap. 1.) At nos elaborata iis abscondere atque suppressere cupimus: Et fraudare vitam etiam alienis bonis. Ita certè recondunt, qui paucæ aliquæ novère, invidentes aliis: Et neminem docere in auctoritatem scientiæ est. Tantum ab excogitandis novis ac adjuvandâ vitâ, mores absunt. Summumque opus ingeniorum diu in hoc fuit, ut intra unumquemque rectè facta veterum perirent. At herculè singula quosdam inventa Deorum numero addidère; omniumque vitam clariorem fecère, cognominibus herbarum, tam benignè gratiam memoriâ referente. Non æquè hæc curarum mira esset in iis, quæ satù blandiuntur, aut cibo invitant; sed culmina quoque mentium invia & solitudines abditas omnesque terræ fibras scrutati, invenère; quid quæque radix polleret; ad quos usus herbarum folia pertinerent; etiam quadrupedum pabulo intacta, ad salutis usus vertentes.



*Illustrissimo & serenissimo Principi  
ac Domino, Domino*

**JOACHIMO**

**FRIDERICO,  
MARCHIONI BRANDEN-  
BURGICO, ELECTORI, &c.**

*Clementissimo suo Domino, eternam  
precatur salutem*

**PETRUS AMELUNGIUS, Jun.  
Stend. March. Brand. Med. D.**

**I***L L U S T R I S S I M E E T  
Serenissime Elector, Princeps  
& Domine Clementissime,  
quò quid utilius, prastantius  
atq; divinius extitit unquam, divina ab  
illa MAJESTATE, in salutem humani  
generis revelatum maximam, eo studio-  
sius atq; diligentius id, ab impiis, hoc  
est, invidis & imperitis hominibus, in  
in quibus, & per quos, tanquam legiti-  
mis & debitis suis organis ipse Caca-  
demon*

A 2



## EPISTOLA

*dæmon, antiquus ille Draco, mendaciorum, conviciorum, calumniarum parens, reliquorumq; vitiorum omnium gurgēs & immensa illa vorago, Diabolus, operatur insigniter, fuisse oppugnatum, oppressum atq; mille expositum habitumq; ludibriis, omnes omnium temporum antestantur Historia.*

*Et certe utilius, praestantius, dignius, illustrius atq; divinius quid, ipso DEI verbo? Cum illud non tantum ex æterni DEI Patris sinu sit allatum per Filium, CHRISTUM, sed idem etiam vox sit ad salutem consequendam æternam efficacissima, unica, legitima; Atqui sub Sole hercule extitit omnino nihil, quod magis ab impiis, invidis & imperitis hominibus, Diaboli ipsius organis legitimis, petatum fuerit calumniis, oppressum injuriis atq; expositum risui, contemptui, ludibrio.*

*Testis advocetur in medium, ne ab eam longius, impium, invidum, ingratum, cecum, imperitum atq; nefarium, planè illud, SALVATOR cui se sistit, secu-*

## DEDICATORIA.

*seculum, quod salutis licet habuit verbum cum Authore ipsissimum, ed tamen omnia sua contulit cogitata, dicta suaq, ut illud cum Authore ipso mendaciis traduceret, proscinderet conviciis, opprimeret calumniis, afficeret infamia, atq, vi rejiceret penitus nefaria.*

*Quid? Veritatem jam dictam divinam claramq, illam, quibus potuit, non tantum, omnibus persecutum fuit modis, neq, grato voluit agnoscere animo. Seculum illud jam dictum impium, verum etiam aliis, qui toto appetierunt corde, atq, scientia aditum ingredi voluerunt, portas praeclusit studiose.*

*Veritatem rei, cum alia multa, tum imprimis Salvatoris nostri, GLORIOSISSIMI illius Domini, graves atq, tristes simul, hinc inde, & praesertim apud Evangelistam Lucam, 10. & 11. Cap. effusa, confitentur querela, comminationes, commonesactiones!*

*Ubi nimirum Salvator refert, fuisse homines, & quidem inter illos, Legis peritos & Phariseos, qui non tantum*

A 3 omni-

## EPISTOLA

omnibus modis veritatem revelatam  
 appresserint, verum etiam ipsi non ingre-  
 dientes, cladem tulerint scientia, atq;  
 intrare volentes, quoad fieri potuit, pro-  
 hibuerint studiosi.

Verum pessima istius generationis vi-  
 tis, iudicium indicit, atq; simul ignem  
 camminatur aeternum, ipse Dei Viventis  
 Filius, Christus.

Va tibi Chorazim, va tibi Bethsaida,  
 inquit, quia si in Tyro & Sidone factae  
 fuissent virtutes, quae factae sunt in vo-  
 bis, olim in silicio & cinere sedentes pae-  
 nituissent.

Veruntamen Tyro & Sidoni remis-  
 sius erit in iudicia, quam vobis. Et Ca-  
 pernaeum ad caelum exaltata, usq; ad  
 infernum demergetur.

Va vobis, inquit, Pharisei, quia diligi-  
 tis primas Cathedras in Synagogis, &  
 salutationes in foro.

Va vobis, inquit, quia estis, ut monu-  
 menta, quae non apparent, & homines  
 ambulantes supra, nesciunt.

Va vo-

## DEDICATORIA.

*Vae vobis, inquit, Legis peritis, quia tulistis clavem scientiæ, ipsi non intro-  
istis, & eos, qui introibant, prohibuistis.*

*Et vobis, inquit, Legis peritis, vae, quia oneratis homines oneribus, quæ portare non possunt, & ipsi uno digito vestro non tangitis sarcinas, inquit ibidem Dei Filius.*

*Certè Regina Austri surget in iudicio, cum viris generationis istius, & condemnabit illos, quod venerit à finibus terre, sapientiam auditura Salomonis; & ecce major, dignior, præstantior longè, longèq; adfuit excellentior, quem contempserunt, Dominus nimirum ZERBAOTH, Dominus GLORIÆ, DEI & Maria Filius, Christus.*

*Viri Ninivite certè surgent in iudicio, cum generatione ista, & condemnabunt illam, quia pœnitentiã egerunt ad prædicationem Jona; Et ecce quem repudiantes obedire noluerunt, qui Jona longè major, adfuit ibi ipse Dei Filius. Quæ dignitas, quæ præstãtia, quæ, inquã, artis Medica sit utilitas, certè vix potest ex-*

## EPISTOLA

*primi verbis? Verum quibus olim ipsius Veritas fuerit oppressa injuriis, atq; mēdaciis, conviciis, calumniisq; traducta, ex multis, tūm praesertim Authore illo antiquissimo atq; simul gravissimo Hippocrate, constat dilucide! Qui lib. de Arte refert, fuisse, illosq; arrogantia, imperitia, improbitatis atq; malitia insignibus exagitatos stimulis, qui non tantum, nec nova invenire, nec inventa corrigere, illustrare atq; augere valuerint, verum etiam à peritis recte inventa, atq; prudenter perfecta traduxerint scelerate, atq; simul verborum inhonestorum contaminarint artificio eadem.*

*Verum addit Hippocrates, quod homines illi existimationem prudentia tueri non fuerint visi, sed potius naturam suam atq; ignorantiam malitiose prodere? Cum solis iis, qui artis sint ignari, & malitiose quidem invidcant, propter imperitiam verò meliora prestare nequeant, conveniat, ut ad aliorum opera, vel recta calumniando, vel non recta repre-*

## DEDICATORIA.

*reprehendenda sese convertant atq; applicent.*

*Et certè imperitia malus est thesaurus, malaq; opes recondita iis, qui eam, tum opinione ipsa, tum revera possident, securitatis animi & letitia expers, timiditatis & audacia matrix. Ac timiditas quidem impotentiam, audacia verò artis ignorantiam arguit. Duo enim sunt, scientia & opinio, quorum illo scire facit, hæc ignorare, ut cum sapientissimo illo, lib. vii. v. 10. loquar Hippocrate.*

*Qui inquam, homines, non tantum imperitiam suam atq; naturam latentem produnt malitiosam, verum etiam hæc ratione, cum non rerum teneantur scientiâ, sed inanibus atq; levissimis etiam opinionum exagitentur fluctibus, ut igni, adulterinum aurum, sic produnt se ipsi, quemadmodum hoc, lib. de Dec. egregiè verbis hisce testatur Hippocrates: Præclara enim res est, inquit, quæ ex opere, quod quis didicit, proficitur, oratio. Quicquid enim artifi-*

A 5

ciosè

## EPISTOLA

eluse factum est, à ratione profectum est. Quicquid autem artificiosè dictum est, non autem factum, viam & rationem artis expertem arguit. Opinabile siquidem sine aditione, ignorantia & nullus artis est indicium. Opinio enim, cum præcipuè in arte Medica, eâ quidem utentibus, crimini vertitur, his verò, qui ea indigent, exitium adfert. Si namq. suis verbis persuasi existimant, se opus ex scientia profectum novisse, quemadmodum aurum adulterinum igni probatur, tales se ipsi produnt. Hac Hippocrates. Quo odio nefario, Galeni tempore, oppugnarint artem Medicam inanes Sophista, atq. temerè additi Sectis, ex ipsis constat relictiis operibus abundanter.

Quapropter, ut addit Hippocrates, i.e. veritati nudati omnem improbitatem atq. ignominiam cum induant, atq. ut relatum antè, ipsam veritatem, quibus possint, persequantur modis, de Arte consulti, imò mandat, jubet, atq. cum illorum opiniones vana, sanis egrotisq. adse-

## DEDICATORIA.

*adferant exitium, imponit serid, ut quorum interfit, manifestos illos veritatis hostes, inanes saltem imperitissimorum hominum aucupantes rumusculos, atq, omnes gloria falsa (quod olim maximum pronuntiabat leditatis argumentum Tullius) sectantes umbras, atq, veritatem Medicam clarissimam, cavillantes, coherceant, refutent atq, in lucem producant eosdem: Cum illorum, quæ contra illas instituitur hostes, animos attollat oratio, abundet verò propter artem cui opem fert, sit quoq, ob sapientiam, quâ exculta est, potens. Et, certè præclara res est, quæ ex opere, quod quis didicit, profiscitur, Oratio, uti ex Hippocrate supra allatum fuit. Antiquissima, nobilissima & præstantissima illa Facultas Chemica, ut taceam reliquas, quàm ingentes senserit calamitates, antiquitus, primus hic meus editus, inter alia clarissimorum virorum monumenta literarum, loquitur Tractatus.*

*Ætate hacce nostra, & quidem paucis præterlapsis temporibus, eandem jam dictam*



## EPISTOLA

*dictam Artem nobilem Chemicam, hō-  
me quidam, nomine Guilielmus Bōckel,  
in mea patria Medicus, quantis oppres-  
serit calumniis, quantis oneravit convi-  
ciis, in lucem profert clarissimam, meo  
Tractatui haic secundo speciation an-  
nexa Responso.*

*Uteunq, etiam omnibus, levissimè et-  
iam literis tinctis, constet abundanter,  
quod jam dicta ars Chémica, qua, ut  
Sole mundus, ut a quore pisces, potest ca-  
rere ipsa Facultas Médica, non tantum  
sit antiquissima, cum à DRO OPT. TER  
MAX. primis mox Patribus sit reve-  
lata benignè, verum etiam nobilis atq,  
prestans sit eadem; cum sit unicum illud  
medium, quo cum tria Rerum principia,  
Mercurius vel Liquor, Sulphur & Sal,  
ex quibus constant, atq, in eadem resol-  
vuntur corpora naturalia omnia, sepa-  
rantur, ut sanitatis inter alia morbo-  
rum & medela legitimas & proximas  
Medicus habere possit causas, tumq, be-  
neficio ejusdem, in rebus naturalibus, ex  
quibus desumuntur Remedia, venenum  
à Me-*

## DEDICATORIA.

à Medicina, impurum à puro, cortex à nucleo separatur, ut tuto, jucundè & citò Medicus mederi possit hominibus.

Qua Remedia omnino nobilia & præstantia sunt; cum non tantum, ablato veneno, impurumq; reiectis qualitatibus, sint tuta, citraq; periculū possint offerri ullum: verum etiam, quantitate exigua, sine nausea ulla, admittere possit quilibet.

Qua igitur hic nobili & præstanti Arte Chemicâ, ut Sole mundus, equore pisces, ipsa cum destitui possit Medicina, evenit, ut antiquam, nobilem & præstantem illam artem Chemicam, ob jucunditatem insignem, atq; utilitatem, quam exhibet immensam, non tantum Philosophi summi, vulgaris conditionis homines, verum etiam Imperatores, Reges, Principes atq; alii Illustrissimi & Potentissimi Domini suspicientes susceperint, commendârint, promoverint atq; tractârint studiosè eandem: Neq; ni modo vñ, hoc est, stultus, & ab omni penè fuisset deturbatus ratione,

men-

## EPISTOLA

mendaciis proscindere, conviciis obruere, calumniis opprimere, multò minus infamiam afficere, temerè, audacter atq; impudenter qui attentasset, inventus fuerit ullus.

Quae, inquam, Facultas Chemica, quamvis sit antiqua, quamvis sit nobilis, praestans, & humano generi, ut illa carere nequeat, tam utilis, quamvis, inquam, à Principibus etiam viris sit exculta studiosè, atq; in summo ab illis habita honore, ille tamen, quem dixi antè, Bockelius in hoc incubuit unice, quò mendaciis, conviciis & turpissimis suis in illam effusis calumniis, aeternam afficeret eandem infamiam, atq; omnino tolleretur de medio? Hic enim patria sua relicta Schola, accessit Academiam, ubi per exiguum saltem temporis versatus cum fuisset spacium, mutato loco, in urbem quadam, Practico cuidam, famulitii operam prestando, artem ulserim addidit Medicam. Qui dein, ornamentis potius, quàm fundamentis artis inhians, in externa quadam Academia, Doct-

## DEDICATORIA.

*Doctore, ut dicitur, ambiit gradum. Mox defuncto in Patria nostra Medico, quamvis vocatus, invitatus, accersitusque fuisset à nullo omnino homine, appellat eandem, inque locum defuncti se substitui petit, efflagitat, rogitat atque sollicitat.*

*Cui officia, civitatum Marchie Brandenburgensis Senatores, penes quos dicta Functionis est vocatio, tum temporis, cum illum imparem omnino viderint, clari & docti cujusdam exaratis literis petiere operam.*

*Verum conditionem clarus ille Medicus cum recusasset, non eruditione & Rerum ornatus sapientiâ, sed potius favore instantis connubii ille, quem dixi jam, Böckelius, impetravit munus.*

*Sed, qui istius hominis in studiis Medicis possit esse profectus, quod judicium, qua sapientia, hinc intelligent sapientes omnes dilucide, cum in sua addiscenda Medicina, imperitissimum, audacissimum & impudentissimum illum voluit potius imitari Thessalum, qui olim*  
*sex*

## EPISTOLA

*sex mensium spacio artem & tradi & percipi posse existimabat Medicam; quam saluberrimum Hippocratis sequi monitum, qui ~~de~~ <sup>de</sup> vovimus, non tantum naturam, doctrinam, locum studiis aptum, studium & institutionem a puero, verum etiam longi temporis industriam in Medicina, quam 1. Aphor. 1. dicebat longam, addiscenda requirebat, quod disciplina veluti gravida, feliciter & bene crescendo, maturos afferret fructus. Aliqui exitus acta probavit?*

*Etenim septimus jam agitur annus, quando sine studiis meis Medicis (qua decem annorum spacio antè, non tantum in Academiis propinquieribus, verum etiam peregrinationibus adhibitis in aliis longè disitis, tum autis, urbibus ac aliis locis celebrioribus, non sine exiguis insumptis vigiliis, laboribus ac sumptibus, sub privatis & Doctoribus publicis, tractatam, quod cum vulgaris illius Medicina, Galenica dicta, tum etiam secretioris illius, antiquæ nimirum nobilis & præstantis Hermetice*  
*sive*

## DEDICATORIA.

*sive Chemica, scientiam mihi compararem solidam) imposto, patria meam obtuli operam; quæ à bonis viris hinc inde ubi expetitur, egrorumq; curas, Deus Opt. Ter Max. benedicat insigniter, virtutem, qua illius comes est indidua, manus auxiliatrices administrante Imperitiâ, sequitur invidia, livor, odium. Ut enim facientes iter per Solem, necessariò comitatur umbra: Sic incedentes per gloriam, affectatur invidia imbecilliorum, teste Johanne Stob. serm. 38. ex Aristanymi Continuibus diatribis?*

*Hi enim cum propriâ virtute emergere nequeant, alienam oderunt virtutem, atq; obrectatione virorum præstantiorum, omni abjecto candore, conantur crescere: Ac cum intelligunt seipsos ingenio, doctrina, virtute, vel aliis bonis non posse interficere annulos. Tamen quoq; modo ostendere capiunt eos aliis quibusdam inferiores esse, & aliqua eorum facta calumniosè depravant, quemadmodum sapienter allegat*

B in

## EPISTOLA

*in Reg. Vit. Chytraus. Sicuti de Policratre protervo & petulanti illo Philosopho quoque dictum est, qui interrogatus, cur malediceret omnibus, Respondit: quia malefacere non posset.*

*Hoc genus hominum, si aliud ullum, certè illud est  $\mu\omega\gamma\omicron\nu\alpha\chi\omicron\nu$ , à Domino Philippo Melanchthone descriptum egregiè, quod vitandum censet maxime, cum inde multum sit periculi.*

*Est autem tale genus, uti inquit, quod non est sanum iudicio, & illas ipsas Disputationes, de quibus certat, non rectè intelligit, sed fascinaturn est suis quibusdam opinionibus. Deinde persuasionem habet sapientia, & se admiratur, ac longè effert supra alios. Et si quis dissentit, furit superbiâ & odio, nec quarit Veritatem, aut publicam salutem, sed vel de suâ gloriâ dimicat, vel de aliquo suo commodo, & est solum, malevolam, maledicum, & ardet cupiditate necendi.*

*Et certè falsæ opinionibus animos hominum præoccupantes, non solum a cæcorum*

## DEDICATORIA.

caecos, sed & surdos faciunt, ut ea, quæ aliis rectè apparent, videre nequeant, teste Galeno.

Quapropter ille, quem antè dixi, Bökelius, livoris & inscitia quoque exagitationis stimulis, cum nec antiquam, nobilem & præstantem artem Medicam Hermeticam sive Chemicam addidicerit, nec sanius sit iudicio, neque illis, de quibus certat, intelligat Disputationes, sed suis quibusdam sit fascinatus opinionibus, persuasionem habet sapientia, se admiratur, ac longè effert se supra alios; Et cum causis de gravissimis me dissentientem videt, furit superbi & odio, nec quarit veritatem, aut salutem publicam, sed de sua auctoritate, quam contra me habere sibi sonat, tumque commodo dimicat, est & juvenis, maledicus, maledolus, & videri cupiditate nocendi.

Quod ipsum ut deduceret in vobis commodius, non tantum meam præsentem medicam verbis hinc inde apud imperitos traduxit ignominiosis, verum etiam



## EPISTOLA

*Libellum Receptorum meorum, in phar-  
 macopolio, cum publicam ipsa veritas  
 non fugiat lucem, depositum, summo cum  
 dedecore, ignominia maxima, atq. infam-  
 iam planè insigni, dilaceravit, illiusq.  
 pagellas aliquot, ut de meis Receptis di-  
 judicarent, quibusdam transmisit do-  
 ctis. Quos ut facilius in suam perdu-  
 ceret sententiam, virulentum, vel po-  
 tius Epistolum Infame, sive Libellum  
 Famosum, quod huic Tractatui cum  
 Responsione adjungitur, exaravit ad  
 eosdem; in quo tot sunt mendacia, con-  
 victio et calumnia, quot insunt periodi,  
 syllaba, litera; quo evenit, ut mihi, boni  
 illi viri, quibus tamen mea studia omni-  
 no fuerunt ignota, turpissimis illius ho-  
 minis decepti convictis, insignem inusse-  
 rint infamiam.*

*Quam infamiam ut confirmaret,  
 triumpho cum magno, idq. in sempiter-  
 nam rei memoriam, non tantum Libel-  
 lum suum famosum, unà cum acceptis,  
 contra mea studia judiciis, deposuit  
 apud Senatum Stendaliensem vicus Ad-  
 versa*

## DEDICATORIA.

*persarius, verum etiam hinc inde gloriosa atq; Thraſonica planè ostentatione extra & in urbe, hinc inde demonstravit cuilibet?*

*Sic redit in nihilum, quod fuit antè nihil.  
Sic nihil judas*

*--- --- evasisse tot urbes  
Argolicas, mediosque fugam tenuisse per hostes.  
Sic*

*--- --- nil omnibus actum  
Tantum impensis operum,  
Sic mea studia, sumptus, vigilias & labores per totam vitam perpeſſos & exantlatos, necesse fieri est*

*Quisquiliis volantes & venti  
spolia.*

*Certè Circa est illa virga, quâ cōtacta mea studia in fumum (si Diis placet) abeunt & vaporem; quale, in Judas que nascuntur, scribitur de pomis.*

*Sed non mirum?*

*An ignoramus, magnas arbores  
diu crescere, unâ horâ extirpari.*

*Idem meis hic accidit studiis. Quæ cum à teneris, ut Græci dicunt, unguiculis,*

*B 3*

*labo-*

# EPISTOLA

laboribus, vigiliis, & non exiguis adhibitis sumptibus creverint, unico hinc momento, ab hacce inani & peregrina face, procella patria, nec non turbine & tempestate pacis & oii, subito erumpente dejiciuntur, extirpantur, eradicantur.

Nonne hic vero verius illud Comici: *Homine imperito nihil quicquam injusius, qui nisi quod ipse facit, nihil rectum putat.*

*Sed salva res est. Ego contra; qui non Adonidis hortis meorum studiorum comparandam esse censeo operam, qui subito & die uno nati pereunt celerissime: cui, Deo Opt. Ter Max. favente, haud eveniet spero idem, qua laboriose cum sata, vires magis capiet a tempore, & Poeta verbis,*

*Crescet occulto, velut arbor, ævo.*

*Quid multis? λόγῳ hic, non βροχῶ opus. Premenda hæc potius sententia pectore, animo, corde; non foras effundenda. Seneca ad hanc rem, ut solet, sapienter & apte:*

*Vir*

## DEDICATORIA.

*Vir sapiens, inquit, nihil indignetur sibi accidere, sciatq; illa ipsa, quibus ladi videmur, ad conservationem, Universi pertinere, & ex his esse, quae cursum mundi officiumq; consummant.*

*Attollamur igitur, & noxa si quid privata nobis infertur, prodesse sciamus in parte aliquâ Universi.*

*Ab illo etenim hac omnia, qui externa & interna pariter rimatur; qui corpus videt & mentem; qui linguas & fibras; aperta deniq; & operta; qui deniq; non facta ipsa, sed causas eorum, progressu, imò & Authorem deniq; videt, in clarâ ista luce.*

*Ille solus est Helena illa, quae olim verum legitimumq; illud propinabat Nepenthes, in quo curarum & dolorum obivio.*

*Ille solus est, qui merita expendit; ille, qui sine ullo supulationum fuco aut cerussa, virtutem vitiumq; introspectit, in vero & claro suo vultu.*

## EPISTOLA

*Verum non mirum illud : scabies eadem vexavit & antiquitus artifices veros ; sicuti de Quinto, Claro illo Medico, in hanc sententiam, lib. de Praecogn. ad Posth. cap. i. hisce verbis scribit Galenus.*

*Igitur tam ancipiti interrogatione impetitus, dum inter consultandum, quid respondeat, semper moratur, auget opinor, de se impostura suspicionem, & demum in se omnium invidiam concitat, aded ut insidiis petatur, clam primum veneno, palam deinde calumniis : id quod Quinto contigit, qui licet omnes sui temporis Medicos excelleret, urbe tamen ejectus est, tanquam agraantes necaret. Necesse est igitur eum, qui Medicinam exercet, quemadmodum Philosopho convenit, & Aesculapii successorem decet, è duobus alterum subeat, vel, ut Quintus Româ pulsus eximiâ praesensionis suae mercedem reportet : vel dolis circumventus, & aperte quidem, si paulò timidior fuerit, dum alia excusat, alia formidat, lepori vitam similem degat, semper in timore atq; in expectatione*

## DEDICATORIA.

*tionem alicujus mali constitutus; quibus  
 & illud interim accedet, quod de laevis  
 de se suspensionem augebit. Quod si au-  
 dacior aliquando contravenire, & solus  
 adversus tam improbos, tot fraudibus  
 assuetos homines altercari velit, crudi-  
 tione disciplinisq; fretus, sed tantum im-  
 probitatum nescius, duorum alterum  
 rursus eveniet, vel ut ab eis arctius de-  
 vincatur, in posterum peragat, quicquid  
 illis libuerit: vel si ulterius adhuc ob-  
 sistere & concertare pergat, bonam fortu-  
 nam usus, non possit evitare, quin assidue  
 pessimo omnium dissidii genere vexetur,  
 quod civile bellum nominant. Id igitur  
 contingat oportet, in multis eorum, qui  
 disciplinis ita, sicuti diximus, imbuti fu-  
 erint, & in ceteris veritatem per se  
 ipsam sincere, & non alterius alicujus  
 rei gratia consecuti: quos monitos volu-  
 mus, ut, quando suorum temporum  
 improbitatem semet experti fuerint,  
 agnoverintq; manifestè, se nullam utili-  
 tatem hominibus allaturos, ab hac se  
 hominum face subducant, ac veluti ex*

B 5      aliqua

## EPISTOLA

aliquā magnā tempestate, & ventorum procellis, in aliquam tranquillitatis portum concedant.

Eiusmodi quippe viri, quomodo ignoti vulgo sint, summo tamen rerum Opifici Deo noti primum, & amici sunt, deinde optimis etiam quibuscumque hominibus, qui vitam tranquille degant, cogniti sunt: permittantque, ut in existimatione sint improbi apud vulgares.

Horum autem omnium malorum in causā sunt divites, atque civitatum Principes, qui corporis oblectationibus dediti, cum voluptates virtutibus anteposuerint, nihil pendunt eos, qui pulchri quippiam edidicerunt, & id aliis explicare noverunt. Divites enim, cum se totos voluptatibus abdicarint, voluptatum artifices ditant, admirantur, & ed usque extollunt, ut histrionum & aurigarum simulachra secus Deorum imagines etiam collocarint: disciplinarum vero peritos tanti faciunt, quantum indigent eorum opera. Neque enim quid singulis artibus pulchri bonique insit,

## DEDICATORIA.

infit, animadvertunt, neq, ut eas accurate distant, tolerare possunt: verum Geometria & Arithmetica tantum, utuntur, quantum extruendis adibus, & computandis expensis conducit: Astrologia verò & divinatione, quantum ad providendum faciat, quorum heredes esse debeant: Item & Musica, quantum ad delectandū aures sufficiat: quæ verò hæc omnes artes constituit, demonstrandi facultas, cura ipsis non est, nisi quatenus dicendi studium quosdam adigit cavillandi peritiam discere. Nam artium omnium parentem Philosophiam, non modò non audiunt, sed reliquis etiam omnibus disciplinis deteriorem arbitrantur: cui operam dare, non absurdius esse putant, quàm si quis granum milii perforare velit. Hi sunt, & qui Medicine usum solummodo respiciunt, non tamen rectè, sed, ut inquit Plato in Gorgia, sicut pueri vel imprudentes homines: à quibus se judicareur, quisnam potior esset Medicus, an Coquus, non minimum præstare.



## EPISTOLA

*Stare coquus Medico censeretur. Hac sapienter & egregie Galenus.*

*Verum aequalis illa Justitia lanx, licet telum hoc cladium.*

— — — plerumque nocentes  
Præterit, examinatque indignos atque merentes;  
*Tarditatem talem supplicii cogitemus  
& Varietatem pariter. Non punitur  
nunc ille? punitur manè. Non in corpore?  
sed in animo. Non vivus? sed  
certè mortuus.*

Nunquam antecedentem scelestum,  
Deseruit pede poena claudo.

*Certè.*

Ah miser, etsi quis primo perjuriam celat.

Sera tamen tacitis poena venit pedibus.

*Vigilat enim semper divinus ille oculus:  
Et cum dormire cum censeas, connidet.*

*Sed quorsum illa? Etenim.*

Damna sua immeritus sustentat Scipio laudis,

Qui domuit Lybicæ regna superba plagæ.

Immemores audent illum accusare Tribuni,

Debita cui meriti gloria summa fuit.

Obvia res odii, quanquam liberrima Virtus,

Et benè qui meruit, præmia rarus habet.

Invidia premitur, quem nulla infamia taxat,

Et cui jura favent, vis inimica nocet.

*Sed*

## DEDICATORIA.

*Sed quid hic agendum, succumbendumne; famanè, quàm tamen vita ipsa pio, honesto, ingenuo & docto homini cuilibet, nihil debet esse optatius, carius, gratius, preciosius, cedendum omnimodò? Minimè. Instar palma potius nitendum contrà, atq; pro amplissima veritate, illa nobis, ob CHRISTUM revelata Chemica, tanquam pro aris & focus pugnandum acriter; Imò ab illa deflectendum nunquam.*

*Nec prece, nec presio, nec vi, nec forte suprema.*

*Quapropter inertì illi livori censeo occurrendum, idq; Remedio duplici: unum in Regulis vitæ verbis hisce administrat D. Chytraeus.*

*Nullum est autem prasentius, honestius & efficacius remedium, inquit, adversus invidos, quàm in timore & vocatione Dei, diligenter & fideliter facere suæ vocationis officia, & omni studio, virtute ac laboribus antecellere, ac interea ostendere, se ne quidem moveri amulorum livore, multò minùs offendi,*  
*aut*

## EPISTOLA

*aut dolore affici, ut gravissime monuit  
Stigelius hoc disticho:*

Pascere livor iners odio, saturare furore,  
Mors tua recta Deum facta colentis erunt.

*Alterum ex gravissimo autore illo Hippocrate allegatum fuit supra consilium, ubi monuit graviter, ut quorum id interesset, publicos illos veritatis hostes, qui ipsi scientia Theatrum non ingredientes, cladem auferrent scientia, & intrare volentes, quoad possent, impedirent, solidis rerum refutarent atq; cœrcerent rationibus. Quapropter publicus ille veritatis hostis, qui nihil sapit, quod salutare, quod utile, quod jucundum, quod festivum, quod deniq; seductum sit à vulgari disciplina, quiq; nihil inclitum & celebre, sed forsitan quippiam gregarium nigellis Cadmi filiis est consecutus; imò cuius medendi methodus planè irrationalis & empirica sit, tumq; Remedia, eorundemq; componendorum modi, ab inexplicabilibus vetularum nil distent Remediorum compositionibus, quamvis, tam testimonialibus meorum studiorum literis, quam clavis*

artis

## DEDICATORIA.

artis operibus sit convictus atq; damna-  
tus publicis, atq; ita, ut pluribus, quibus  
defenderetur veritas, opus esset minime;  
attamen resistendum fortiter duxi ul-  
terius; neq; committendum statui omni-  
nò, ut antiqua, nobilis & præstans Her-  
metica, sive Chemica illa Medicina in  
totius Reipub. Christiana salutem à Deo  
Opt. Ter Max. revelata maximam, ab  
illo homine mendaciis, conviciis atq; ca-  
lumniis impudentissimis deformata ob-  
scuraretur, opprimeretur atq; funditus  
eradicaretur: Verùm potius pristino  
honori & laudi debita restituta, in se-  
culi consumptionem viveret, vigeret atq;  
floreret. Quo eveniet, ut insignis illa,  
antiqua, nobili & præstanti arti Her-  
metica, ejusdemq; piis & sedulis affectis,  
tumq; meis studiis, ab illo homine merè,  
audacter & nequiter illatâ infamiâ, in  
proprium auctoris redundet caput, cer-  
vicem, jugula.

Nam si illum objurges, vita qui auxi-  
lium tulit, quid facias illi, qui dederit  
damnum aut malum, ut loquar cum Comico.

Si, in-

## EPISTOLA

Si, inquam, ille mereri debeat vituperium, ignominiam, atq; infamiam insignem, qui multos ante in addiscenda Medicina vera, locis in celebrioribus consumserit annos, atq; deinceps laude, atq; utilitate publica, tatis, jucundis & efficacibus Remediis, legitima medendi adhibita methodo, suam Reipub. Christiana presterit operam, vitæq; tulerit auxilium; quid quaso merebitur hostis hic veritatis publicus, qui exiguum temporis spaciū, in unicâ saltē Academia, abrupto legitimo studiorum termino, medicam incepit praxin, idemq; aliquos jam per annos, venenata, deleteria, corrosiva, impura, injucunda, ingrata, peregrina, nostris naturis adversa, variè inter se contusa, & in quibus nec preparatio artificialis, nec legitima observatur, nec observari possit defectus ratio, contrâ Rationem, Experientiam atq; omnes omnium clarissimorum Medicorum salutariter constitutas, medendi Leges, Præcepta & Dogmata, excremâ planè pernicio, hominibus exhibuerit.

## DEDICATORIA.

*Invenit Remedia. Certè,*

— — Non lex justior ulla est,  
Quàm necis artifices arte perire sua.

*Verum enim verò, Princeps Illustrissi-  
me, quamdiam ipsius veritatis magna vis  
sit, atq; tanta quæ, ut loquitur Tullius,  
contra hominum ingenia, calliditatem,  
potentiam, facile per se ipsam defendat,  
atq; injusta hostium & calumniatorum  
judicia curanda non sint, uti de Phari-  
sæis dicit ipse Filius Dei: Omittite eos.  
Et: Beati eritis, cum maledicent vobis  
mentientes. Tamen, cum publicus hæc  
veritatis hostis, mea studia, quæ anti-  
quâ, nobili & præstanti illi Medicinæ  
nunciantur Hermoticâ, scilicet Chemicâ, apud  
invidos & imperitos, turpissimè suis ef-  
fusus mendaciis & conviciis reddiderit  
suspectâ; cum dignam hinc illorum im-  
pedierit promotionem; cum amplissimè  
illud bonum à Deo immortalis, per artem  
Chemicam revelatum, conetur oppri-  
mere, cum indices ob infamiam insultet  
illis, exultet hostis illatam; cum, quid  
de se quisq; sentiat negligere, non solum*

C

arte-

## EPISTOLA

arrogantis sit, sed etiam omnino dissoluti; cum vita & fama bona, quae est fulvo pretiosior auro, pari ambulent passu, insignem illam infamiam, publicis quin diluerem literis, intermittere nec debui, nec potui.

Quod ut fieret commodè, duos (neq. longe, favente Deo, aberit tertius) scripsi Tractatus; quorum primus argumenta, quibus novitatis, vanitatis atq. aliorum viciorum, quibus antiquam, nobilem & præstantem sæpius jam dictam, artem accusarit falsissimè Adversarius, solidis refutat atq. confutat Rerum fundamentis; Etenim demonstrat ille Tractatus primus; quod ars illa non sit nova, cum primis mox patribus, à Deo Opt. Ter. Max. sit revelata, ab iisdem excellenter exculta, atq. ad hanc nostram transmissa aetatem, tumq. à Principibus etiam viris (utcumq. alias oppugnata) studiosè tractata.

Neq. vanam, multò minùs perniciosam, verum potius nobilem, præstantem & humano generi omnino necessariam

rione

## DEDICATORIA.

riam esse artem, demonstrat idem; cum illius solius beneficio, non tantum res naturales, in illa, ex quibus constant, principia, quæ Hermes olim Mercurii, sive Liquoris, cum Sulphuris, tumq; Salis nominibus, ob amicam illam, quæ inter illa conspicitur, Harmoniam, idq; libertate Philosophicâ atq; justâ indigebat, resolvuntur integrè, ut in rerum naturalium earundem cognitionem, Physicus perducatur solidam, verum etiam opera ejusdem impurum à puro, venenum à medicinâ, cortex separatur in Remediis à nucleo, quo Medicus tuta, salutaria, jucunda & efficacia habeat Remedia, quæ utilitate cum maximâ, incommodo verò, periculo, nausæq; nullâ, possit exhibere homini.

Adjungit quoq; idem, quod & qui olim fuerint nobilis dicta, qui oppugnâ-  
rint acriter, scientia hostes: simulq; inserit, veneni, labis, impuritatisq; antè dictæ fontem, originem, scaturiginem, ex vero illo bonorum fonte omnium, sacrâ nimirum Scripturâ, in apertamq;  
E 2 tam



## EPISTOLA

*om̃ generatim, quàm speciatim, profert lucem, quòd Purgantia & Alterantia, Remedia, dicta jam venenata, & impura illa, ob Protoplasti inobedientiam, in pœnam à justissimo illo Deo Rebus naturalibus indita, non careant labe, maculâ, perniciẽ.*

*Tractatus secundus, quem hic offero, ex illo in primo jacto fundamento, adducit in medium, Antithesin, hoc est, quòd imperitissimus, audacissimus, impudentissimus, sinister, protervus & petulans meus Adversarius, meus Mamus & Zailus, cum mendaciis, conitiis, calumniâ atq; vi stolidâ, rei veritatem, ipsissimam, attentârunt opprimere, in lucem profert clarissimam, quòd (ne stultus sibi videatur sapere) ipse mendandi Methodus, non tantum sit irrationalis atq; planè empirica, verum etiam, quibus hactenus, absq; victoriâ triumphavit audacter atq; temerè, Remedia, maximâ ex parte sine venenata, delictoria, corrosiva, impura, ingrata, injunda, inefficacia, &c. sunt peregrina, natu-*

## DEDICATORIA.

*naturis nostris aduersa; variè hinc corrupta & adulterata; sint inter se confusa; omittantur Lapides, Mineralia, & Metalla; præparentur ita, ut illis adhibitis præparationibus reddantur pestilentiora; cum præparationum modè planè sint inartificiales & spurii; tum nulla in illis omnibus, quæ tamen omnium debebat esse exactissima, nec obseruetur, nec observari possit desceat ratio, illaq; omnia, contra Rationem, Experimentum atq; omnium omnia clarissimorum Medicorum salutaris medendi Decreta.*

*Quibus specialior adiungitur, contra illatam infamiam Responsio solida: ubi cause adduntur gravissima, quæ obrem ad scribendum appulerim animum.*

*Quapropter, cum, boni & ingenui civis sit, Principis sui, omnibus intentis nervis, tueri commoda; Hic verò illustrissima Celsitudinis Tuae subditorum, & præsertim mea patria periclitetur commodum, salus, utilitas, nec non veritas.*

## EPISTOLA

ritatis vim patitur dignitas, publicum  
hunc veritatis hostem, Jure & Autho-  
ritate publicè concessâ sum adortus:  
Cum Reipubl. Christiana intersit maxi-  
mè, delicta enormia ne mancant impu-  
nita, ut illi, de Jure qui respondent, lo-  
quuntur sapientissimè?

Etenim omnibus demandatum id, &  
impositum est serid, qui Authoritate  
Imperatoris nostri Augustissimi, Docto-  
ralia legitimè impetrârunt insignia,  
Dignitates, Privilegia, Immunitates, ut  
noctes atq; dies cogitent, laborent, eni-  
tanturq;, quò non tantùm in suâ Facul-  
tate illustrent, ornent & augeant ar-  
tem quilibet, verùm etiam omnes inten-  
dant nervos, ut liberè, impediante ne-  
mine, vera in illa Dogmata, voce, scri-  
ptq;, idq; in Honorem, Dignitatem &  
Utilitatem Sacrosancti Imperii Romani  
defendant, stabiliant atq; corroborent,  
falsa verò impugnent, confutent atque  
dejiciant.

Quibus & ego, tumq; robustissimo ve-  
ritatis clypeo fretus & monitus, hunc

MCCCLXXII

## DEDICATORIA

*meum Tractatum quoque secundum, non  
stylo quidem, sed materia verè nobilem,  
publicam non tantum aspicere volui lu-  
cem, verum etiam eundem Illustriss.  
Celsit. Tuae Nomini glorioso dedicari,  
offerri atque consecrari, tam libuit, quam  
decurt, non tantum, ut Patrio meo Prin-  
cipi ac Domino Clementissimo atque pa-  
tria Patri sapientissimo, verum etiam,  
quod constet: idque penè fama gentium,  
Illustrissimam Tuam Celsitudinem, uti  
aliis nobilissimis & praestantissimis Ar-  
tibus & Scientiis omnibus, sic huic quo-  
que Medicina Hermetica locum in sua  
concedere Aula honestissimum, can-  
demque magnificere, commendare &  
promovere insigniter. Quapropter eun-  
dem Illustrissima Tua Celsitudo benigno  
ut inspiciat atque aspiciat vultu, tumque  
mea studia, quae in Patria communem  
conferuntur salutem, contra publicum  
illum veritatis solida hostem, qui anti-  
quissimam, nobilissimam & praestantis-  
simam Medicinam, cui tota veneranda  
illa Antiquitas unanimi assentitur con-  
C 4 sensu.*

## EPISTOLA

*sensu eisdemq; verbam offert meritū,  
Hermeticam, ejusdemq; pios atq; asse-  
duos affectus, Arcanorum natura inda-  
gatores sagaces, teterrenis proscindit  
conviciis, imo ad cruces demonstratis iis-  
dem, necem & anatomiam minitatur,  
atq; in fabrillos cineresq; tentat redigere  
eosdem, velis defendere, submisit ora,  
rogo, obsecro.*

*Hocsem hunc, hac in palastra Philo-  
sophica, cum Dione, ne xpo quidem fa-  
ciam. Certè, rabies illa, sucipiunt peri-  
bit veneno, in quo se exercent, non in-  
venit. Inimicum tunc maxime expo-  
riri ultionem, si cui infestus est, pra-  
bum, bonum & cordatum conspicit, ut-  
rum, vetus est.*

*Et quantum ille, antiquam, nobiliorem  
& præstantem illam in natura funda-  
tam Hermeticam veritatem, in poste-  
rum quoq; se non evortere, impellere  
tamen, atq; cum dubiam, tumq; suspe-  
ctam reddere, nec non mendaciis, con-  
ditiis, calumniis atq; infamia obnuere,  
perrexeris; tantum ego commendare  
illo.*

## DEDICATORIA.

*illustrare, augere, defendere, salvamq;  
pro illius robore reddere, atq; tueri ean-  
dem studiose desistam nunquam.*

*Congrediar ego adversus, tanquam  
alter Perseus, fiduciaq; equi alati, elu-  
dam impetum, & arrepta barpe Mercu-  
riali, praefecabo colla.*

*Aur Cadmum illum imitatus Ageno-  
rentis, interempto Dracone ejus semi-  
nabantes, ut inde fecunda exurgat  
seges virarum, pro me pugnantium  
fortium.*

*Et nisi Medea consilio & artibus ar-  
matus fuisset Jason, hunc sequi esset con-  
sultius; ita enim, igni nomen illa domito  
tauro, victaq; acie armata, tandem au-  
reum reportaretur vellus, ut cum summo  
quodam, in hanc sententiam, loquar  
Philosopho.*

*Sed quid multa? A tot enim hosti-  
bus, ut idem inquit Philosophus, adver-  
sus veritatem hanc Chemicam, est cer-  
tatum, sed frustra? Ipsa enim sui est  
patrona fidelissima, robustissimaq; Docu-  
mento est eventus. Tanta potentia &*

## EPISTOLA

*autoritatis Magnatibus, ingentia cul-  
 mina sunt consecrata à multis. Sed quo-  
 tusquisq; est, qui ea ab invasione hostiū  
 defendere & tuta reddere potuerit.  
 Ne Privilegia quidem regia & Præto-  
 rum interdicta huic cavent malo. Fru-  
 strà ergo scripturi defensores quarti-  
 mus, si ipsi à veritate parùm valeamus.  
 Ego causa divinitus commissa, ejusq; fir-  
 mitati satis confido. Hec ille.*

*Va igitur extremi Judicii die, publico  
 huic veritatis hosti, qui ipse scientia non  
 ingreditur atrium, alium tamen intra-  
 re volentem, omnibus, quibus possit vi-  
 ribus, prohibet, remoratur, arcet, atq;  
 mille eundem afficit ludibriis.*

*Certè, certè tota Medicorum Ethni-  
 corum turba surget in judicio, cum istius  
 generationis viro, publico hocce veri-  
 tatis hoste, & condemnabit illum, qua  
 omnes omnibus sumptibus, laboribus &  
 vigiliis impensis intendebat nervos, quod  
 veritatem à majoribus acceptam, ad-  
 disceret, commendaret, illustraret, au-  
 geret.*

*Quem*

## DEDICATORIA.

*Quemadmodum vetustiores referunt historia, lustrasse quosdam provincias, novos adiisse populos, maria transisse, ut eos, ex libris quos noverant, coram quoque viderent. Sic Pythagoras, Memphyticos Vates, sic Plato Aegyptum, & Architam Tarentinum, eamque oram Italia, quae quondam magna Graecia dicebatur, laboriosissime: ut qui Magister Athenis erat, & potens, cuiusque doctrinam Academia Gymnasia personabant, fieret peregrinus, atque discipulus: malens aliena verecunde discere, quam sua impudenter ingerere. Denique, cum literas quasi toto fugientes orbe persequitur, captus à pyratis atque venundatus etiam Tyranno crudelissimo paruit captivus, vinctus & servus. Tamen quia Philosophus, major emente se fuit, ut loquitur egregie B. Hieronymus, part. 2. Tract. 5. Epist. 83.*

*Quid? Ad Titum Livium, lacteo Eloquentia fonte manantem, de ultimis Hispania Galliarumque finibus quosdam venisse nobiles, legimus: Et quos ad con-*

*tem-*



## EPISTOLA

templationem sui Roma non traxerat: unius hominis fama perduxit. Habuit illa etas, inauditum omnibus seculis, celebrandumq; miraculum, ut tantam urbem ingressi, aliud extra urbem quaerent.

Hic Apollonius, sive ille Magus (ut vulgus loquitur) sive Philosophus, ut Pythagorae tradunt, intravit Persas, pertransiit Caucasum, Albanos, Scythas, Massagetas, opulentissima India regna penetravit, & ad extremum latissima Phryson omne transmissis, pervenit ad Brachmannas, ut Hiarcbam in throno sedentem aureo, & de Tantali fonte potantem, inter paucos discipulos, de natura, de moribus, ac siderum & dierum cursu audiret docentem: Inde per Elamitas, Babylones, Chaldaeos, Medos, Assyrios, Parthos, Syros, Phoenices, Arabes, Palaestinos reversus Alexandriam, perrexit ad Aethiopiam, ut Gymnosophistas, & famosissimam Solis mensam videret, in Sabulo. Ac invenit ille vir ubiq; quod disceret, & semper  
**proff-**

## DEDICATORIA.

*proficiens, semper se melior fieret L. G.  
B. Hier. quoq. refert.*

*Et certè Hippocrates & Galenus, sur-  
gent in judicio, cum generatione hacce,  
atq. condemnabunt eandem, cum ille,  
antiqua, nobilis & præstantis Chæmica,  
sive Hermetica artis patronus existat  
maximus: hic verò magis in votis ha-  
buit omninò nihil, quàm ut talis ars, nos  
quam nominamus Chæmicam, inveniri  
posset.*

*Atqui jam inventam, vel potius  
è densissimis erutam tenebris & quasi  
clarissimo Solis jubare fulgentem habe-  
mus artem? Tot enim nobilium auto-  
rum de Chæmiâ jam exarata literarum  
extant monumenta; tot prostant clari-  
rum virorum scripta de Chæmiâ volu-  
mina, quæ certè toti veneranda illi An-  
tiquitati, cedant omninò nihil.*

*Unus ille, qui sit aliorum instar mille,  
Andreas Libavius, D. & Poëta Casa-  
reus, quem ego hâc honoris causa appel-  
lem merito, in quo totius veneranda  
Antiquitatis illius, non tantum sapien-  
tia,*

## EPISTOLA

tiæ & eruditionis, verum etiam Elo-  
quentia & venustatis vim quandam  
cernimus expressam imaginem, prodeat  
in lucem; qui licet splendidissimis, atq;  
magnificentissimis planè artem nostram  
Chemicam nobilitavit operibus, atq; ita,  
ut ipsius, quæ penè infinita, scripta Acesei  
& Heliconis opera sint æstimanda ve-  
rissimè, hosti tamen veritatis huic pu-  
blico, tanquam surdo narrat fabulam.

Certè, si Hippocrati, si Galeno, Eth-  
nicis illis hominibus, clarissima illa lux  
effulisset veritatis Chémica, gratissima  
illam agnoscentes mente, justum & le-  
gitimum Alchemiæ patrimonium, nullis  
nec laboribus, nec sumptibus parcentes,  
amplissimis ditassent opibus; Ethnicos  
etenim creatura causas, prætermisso  
Creatore, investigare conatos, effugisse  
multa; ubi contra reperto rerum au-  
tore, quoq; inveniri & causas B. Hieron.  
part. 3. Tract. 1. Epist. 1. de Hom. pers. te-  
stis est. Verum de his plura alibi.

Hinc si quid illi, Medicinæ addiscen-  
da strenuam qui navant operam, com-  
modi

## DEDICATORIA.

*modis reportabunt autem, si qua hic traduntur, & animo & menti affixerint) tulerint, & ob illud etiam hanc scribendi operam me non perdidisse letabor.*

*Etenim scitum est, periculum ex aliis facere, tibi quod ex usu fiet.*

*Et,*

*Felix quem faciunt aliena pericula captem.*

*Tuam ego iam Illustrissimam Celsitudinem Princeps Elector, Domine Clementissime, cum Domo inclytâ totâ, Dea Opt. Ter Max. commendo atq. committo, à quo Illustriss. Tua Celsitudini, ejusdemq. Domui inclytâ felicitatem omnem, cum sanitatem robustam & vitam longam, tumq. immortalitatem aeternitatemq. peto, opto atq. ex animo precor. Die Gregorii, Annâ 1608. Siondalia.*



TRACTATUS NOBILIS

SECUNDI,

## APOLOGIAM

continentis,

CAPUT PRIMUM,

QUOD

*Spuriorum, cum purgantium, tumq; Al-  
terantium Remediorum, mei Adversarii, in  
medium aliquot adducit formulae; probatq;  
Remedia eadem, cum sint venenata, deleteria,  
corrosiva, humanae naturae adversa, impura, in-  
jucunda atq; inefficacia; non tantum Rationi  
& Experientiae; verum etiam ipsorum artis  
Medicae Procerum medendi Legibus, omnino  
esse adversa atq; contraria.*



VAMVIS RECTUM

omne, uti Philosophus

habet, index sit sui &amp; ob-

liqui: contraria tamen

juxta se posita, magis magisque elu-

cescere, Logicorum est sententia.

*Rectum sui &  
obliqui index.*

*Contraria  
juxta se posita  
magis magisque  
elucescere.*

D

E

*Hi Chemia  
adducuntur  
contraria.*

*Remedia ni-  
hilum & me-  
dendi Metho-  
dos.*

*Quo accidet  
merito, ut  
candida &  
intelligentia  
ingenia fu-  
cum sint de-  
prehensa.*

*Ingenia per-  
versa occupat  
falsum.*

Etenim in Tractatu meo nobili pri-  
mo, nobilissimæ illius artis Chemi-  
cæ Majestas, argumentis licet eni-  
iuit clarissimis; atque ita, ne quis-  
piam in posterum, ni ab omni pror-  
sus deturbatus sit ratione, de ipsius  
veritate, aut possit, aut debeat, in-  
ullam rapi dubitationem: Medendi  
tamen Methodus, atque Remedia,  
quæ illi repugnant omnimodò, atq;  
adversantur graviter, ut adducan-  
tur, summa efflagitat necessitas. Qui-  
bus in luce positis omnibus claris-  
sima, atq; in oculis collocatis omni-  
um, accidet, ut non tantum aperta,  
candida & sapientia ingenia omnia,  
veritatem illam jam dictam Chemi-  
cam, cujus antè utilitates percepe-  
runt immensas, ament ardentius:  
verum etiam præposteram, irratio-  
nalem atq; empiricam planè illam  
medendi Methodum, & spuria atq;  
illègitima mei Adversarii Remedia,  
quibus hætenus credula turba, sto-  
lidè & audacter, non tamen sine  
Rei-

Reipublicæ detrimento imposuit  
maximo, contempnant, spernant atq;  
reijciant.

Si quis sinistra, quod dicitur, con-  
ceptus Luna, atque abortus instar  
in lucem ejectus, sanioribus perfrui  
recuset, atque nobilissimam jam di-  
ctam artem Chemicam, Catilinario  
unâ persequatur odio, sciat, quod  
non tantum dictæ jam artis usû no-  
bili, sit indignissimus: verum etiam,  
à divinâ, quâ tenetur, non liberetur  
ultione.

Quæ jam dicta res, omnibus ut  
evadat perspicua, hicce præsens Tra-  
ctatus secundus, in lucem proferet  
clarissimam, quod dicti jam antè  
mei Adversarii, quâ utitur, non tan-  
tum medendi Methodus sit præpo-  
stera, irrationalis atque planè empi-  
rica; verum etiam Remedia ejus-  
dem sint venenata, deleteria, corro-  
siva, impura, injucunda, inefficacia;  
cùm variè inter se confusa, pere-  
grina, naturis nostris contraria, mi-

*Methodus  
medendi non  
Adversarii  
est spuria &  
empirica.*



#### 4 . CAPUT PRIMUM

risque modis corrupta, depravata, & adulterata; tumque in illis omitantur lapides, mineralia & metalla; sintque præparata ita, ut non tantum venenata, corrosiva & deletoria non sit sublata qualitas: verum potius illis adhibitis præparationibus, & præsertim in purgantibus, longè sit reddita perniciosior; atque demum, quod nulla prorsus, quæ tamen omnium debebat esse exactissima, certitudo observetur, nec observari possit, doseos. De quibus omnibus dicetur jam ordine.

*Remedia venenata, deletoria, corrosiva, impura, &c.*

*Remedia in formula in medium aliquot adducenda.*

*De reliquis omnibus facilius est edoceri, cum videretur per se.*

Quæ tamen res, ut tractetur commodè, prius aliquot saltem Remediorum, dicti mei Adversarii, formulas in medium adferendas, antequam ad illorum accedatur examen, censeo; Quas etenim si noris, reliquas noris omnes: Neque declinatam quidquam ab aliarum ingenio reperiās ullam: Itaque adèd uno animo omnes oderunt naturas. Viribus humanis esse adversas, æquè

# APOL'OGIÆ. 5

æquè studium est, similis est pertinacia. In eodem omnes mihi videntur ludo doctæ ad malitiam. Etei ludo, si nullus est, illarum Adversarium meum esse Magistrum, satis scio; ut secundum Comici loquar mentem:

*Si modò liceat, magna componere parvis.*  
Sit igitur Remediorum jam dictorum formula,

1.

*Pulvis purgans.*

*℞. Hermodact. albor. à Cort. super. mundator.*

*Turbith gummosi, an. scr. 2. sem.*

*Rhabar. el. scrup. 1.*

*Costi drach. sem.*

*Zinzib.*

*Caryophyll. an. scrup. sem.*

*Diagrid. gran. 7.*

*Misc. f. pulvis, divisus in 5. equal. partes.*

*Sign. Pulver.*

2.

*Pulvis purgans.*

*D 3*

*℞. Sp.*

6 CARUT-PRIMUM

R. Sp. Disturbib cum Rh. drach. i. sem.  
Diarrhod. Abb.

Diacurcum. s.

Dialac.

Pulp. Soldonella

Epet. lupi prepar. an. scrup. 2.

Troch. de Eupator. scrup. i. sem.

Pulv. Rhabarb. elect. scrup. 2.

Cinnam.

Galang. an. drach. 2.

Sem. Cumini. drach. i.

Elaterii scrup. i.

Zinzib. drach. i. sem.

Rotul. Diarrhod. Abb. unc. i.

Misc. fiat pulvis, qui detur in scatula.

Pro dosi detur capsula anea, capacitatis  
scrup. 2.

Sign. Pulver.

3.

Potio purgans.

R. Myrobal. Cheb.

Citrin.

Ind. ol. amygdal. d. confr. an.

scrup. i. sem.

R. afful.

# A P O L O G I A .

7

**Passul.** *Corinth. drach. 3.*

**Flor.** *Violar.*

*Rosar.*

*Epat. an. p. 1.*

**Herb.** *Iva arth. m. 1. sem.*

*Acetos.*

*Lupuli*

*Sysymb. aq.*

*Bccab. an. m. 1.*

**Sem.** *Anisi. drach. sem.*

*Nasturt. scrup. sem.*

*Hermoda & ylor. drach. sem.*

*Rhabar. electiff. scrup. 4.*

*Turbith. scrup. 2.*

**Folior.** *Sena Alexand. drach. 2. sem.*

*Mechoac. scrup. 1.*

*Cinnam. drach. sem.*

*Caryophyllor. scrup. sem.*

*Spica Ind. gr. 5.*

*Infundantur per horas quatuor, in scro-*  
*latis caprillo transmissis.*

*Ebulliant, & colentur optime.*

*Colat. Rx. unc. 3.*

*Elect. e suc. Rosar. drach. 1.*

*Syr. Rosat. sol. unc. sem.*

D 4

Mist.

8 CAPUT PRIMUM

Misc. pro haustu, qui datur in scitili ad  
iter.

Sign. Sträncklein.

4.

Potio purgans.

R. Rad. End.

Cichor.

Gram.

Brusc.

Asparag. an. drach. 3.

Ap̃y.

Foënic.

Coppar an. drach. 2.

Sem. Melon.

Cucurb. an. drach. 1.

Anise

Foënic. an. scrup. 3.

Passular. major. enucl. unc. sem.

Flor. Violar.

Hepat. nob.

Borrag.

Bugloss. an. p. 1.

Herbar. Fumar.

Acetos.

Lupul.

Becab.

Becab.

Nast. aq.

Agrim. an. m. 1.

Chamad.

Chamepyth. an. m. sem.

Folior. Senæ Alexandr. drach. 5.

Rhab. el. drach. 3.

Turpethi

Agar. trochisc. an. scrup. 1.

Cinnam.

Zinzib. an. drach. 1.

Spice Ind. gr. 7.

Fiat decoct. in sero lactis vacc. clarif.

cum succo Limon. recent. Stent per na-

tem. Ebulliant, manè colat.

Rx. Unc. 5.

Diff. Manna calab. unc. sem.

Syr. Rosat. sol. unc. 1.

Extract. Cinnam. gut. 5.

Misc. fiat potio, pro duabus vicibus, de-

tur una pars manè, altera servetur

ad usus.

5.

Potio purgans.

Rx. Comar, Absynth. m. 2.

D 5

Ab-

*Absynth. pont.**Romani**Scord.**Centaurea an. m. 1.**Sem. Santon. drach. 1.**Citr.**Tanacetum an. drach. sem.**Pulpa Colocynth. drach. 1.**Cornu Cervi usti, drach. sem.**Fiat decoctio, in S. q. aq. font. Colat.**Rx. lib. 1.**Dissol. Syr. de Absynth. unc. 1.**Misc. fiat potio, qua detur in transmissa  
scypho argenteo.*

6.

*Potio purgans.**Rx. Fol. Chamomil. p. 2.**Sem. Anisi**Fœnicul. an. scrup. 2.**Cumini scrup. 1.**Rad. Helen. drach. 2.**Cort. arant. drach. 1.**Iujub.**Sebest. an. num. 2.**Glycyrr. ras. drach. 1. sem.**Flor.*

Flor. Violar. p. 3.

Folior. Senæ Alexandr. unc. sem.

Cinnam. cl. drach. 1.

Fiat decoct. in 9. aq. f. Col. R. unc. 3. sem.

Dissol.

El. Lenit.

Elefc. an. drach. 3.

Syr. Rosat. fol. unc. 1. sem.

Misc. pro haustu.

Sign. Träncklein A.

7.

Potio purgans.

R. Rhab. elect. drach. 1. sem.

Herba Ind. arb. m. 1. sem.

Sem. Anisi drach. sem.

Myrobal. Citr.

Cheb.

Embl. ol. amygdal. d. confr. an.

drach. 1. sem.

Hermoadetyl. drach. 1.

Flor. Violar.

Hepat. an. p. 1.

Pussular. Corinth. drach. 2.

Cinnam. cl. drach. sem.

Spica. Ind. scrup. sem.

Infus.



**82. CAPUT PRIMUM**

*Infundantur per noctem, in sero lactis  
vaccino, bene clarificato: Stent per  
noctem, in inf. cras mane bull.*

*Expr. fort. R. unc. 3.*

*Diffol. El. Lunis, drach. 2.*

*Syr. de Cichor. cum Rh. unc. 5.*

*Salis Iva arb. gr. 5.*

*Misc. fiat haustus, qui detur in trans-  
misso Scypho argent.*

*Sign. Träncklein.*

**8.**

*Potio purgans.*

*R. Aq. flor. Til.*

*Primula Ver. an. unc. 1.*

*Lilior. Conval. paeon. an. unc. sem.*

*Hirundinar.*

*Cerasor. sylvestr. an. drach. 2.*

*Diff. Diaphoen. drach. 3.*

*Hier. Diacoloc. drach. 2.*

*E. Suc. Rosar. drach. 1.*

*Ol. Succini gut. 3.*

*Misc. detur in fict. ad iter.*

*Sign. Träncklein.*

**9.**

*Potio purgans.*

**R. 89**

# APOLOGIA

14

Rx. aq. lba Arth.

Hyff.

Primula Ver. an. unc. i.

Oxymell. Hellebor.

Syr. de Cichor. cum Rhab.

Ex Inf. fol. Sena, an. unc. sem.

Ol. Succini gutt. 2.

Misc. fiat haustus, qui detur in sic.

Sign. Träncklein.

10.

Electuarium purgans.

Rx. Elect. Diasen, drach. 5.

Lenit.

Cathol. an. drach. 2.

Diapr. Sol.

De Spyll. an. drach. i. sem.

Syr. ex infus. fol. Sena, unc. i.

De Cichor. cum Rh.

De pomis redol. an. unc. sem.

Ol. Terebinth. opt.

Cumini an scrup. sem.

Carui.

Anisi an. gutt. 5.

Misc. fiat Elect. quod detur in sic. ad  
iter cras.

Sign.

14

# CAPUT PRIMUM

Sign. Purgier Batwege.

II.

*Pilula purgantes.*

*R. Mass. Pilular. Arth.*

*Hermod. an. scrup. i.*

*Troch. alhand. gr. 5.*

*Diagr. gr. 3.*

*Ol. Suc. gut. 2.*

*Anisi*

*Carui. an. gut. i.*

*Formentur Pilul. nu. 13. cum aq. l'væ arth.*

Sign. Willen. Dentur in pixide  
lignea.

12.

*Pilula purgantes.*

*R. Mass. pil. Fæt. scrup. i.*

*Aleph.*

*Coch. an. scrup. sem.*

*Diagrid. gr. i.*

*Fiant pil. 9. cum aq. Salvia.*

Sign. Willen.

13.

*Pilula purgantes.*

*R. Mass. pil. aur.*

*Coch. scrup. sem.*

Luc.

# **APOLOGIA**

**13**

*Luc. major. scrup. 1.*

*Agar. troch. gr. 7.*

*Troch. Alband. gr. 3.*

*Ol. Suc. gut. 3.*

*Cum Syr. de Bethon. q. f.*

*Fiant Pil. num. 13.*

*Sign. Pillen.*

**14.**

*Pilula purgantes.*

*R. Mass. Pilul. de Fumar. scrup. 1. sem.*

*Aur. scrup. sem.*

*Troch. alband. gr. 3.*

*Diagrid. gr. 2.*

*Ol. Anisi gut. 2.*

*Caryophyllor. gut. 1.*

*Syr. de Fumar. q. f. Form. pil. num. 13.*

*deurentur superficietenus, dentur in capsula lignea.*

*Sign. Pillen.*

**Sequuntur Alterantium Formulæ aliquot.**

**1.**

*Pulvis contra Epilepsiam.*

*R. Margarit. prepar.*

*Coral.*

*Corall. rubr. prepar. an. scrup. 2.*

*Succ. prepar.*

*Pulv. pueror.*

*Sem. Paon.*

*Cran. human. an. scrup. sem.*

*Corn. Cerv. ust. gr. 7.*

*Folior. Auri an. 1.*

*Fiat pulvisculus.*

*Sign. Pulver.*

*2.*

*Pulvis contra Pestem.*

*Rx. Rad. Dipt.*

*Torment.*

*Bot. arm. ver. prap. in aq. scab. lati.*

*Terra sigill. an. drach. 7.*

*Rad. Gent.*

*Petasit.*

*Beton. alt. an. drach. 2.*

*Santal. rub. drach. 1.*

*Cort. Citr.*

*Corall. rubr. prepar.*

*Off. de cord. Cerv.*

*Zedoar. an. drach. sem.*

*Margar. non perforat.*

*Boen utrumq. an. scrup. 2.*

*Fra-*

Fragment. quinq. lap. pret. fcr. 1.

Sacc. alb.

Myrrh. an. scrup. sem.

Fol. aur.

Argent. an. num. 3.

Misc. fiat pulvis tenuissimus.

3.

Pulvis contra Dysenteriam.

℞. Trochisc. de terra sigill. drach. 1. sem.

Spod. scrup. 4.

Rhabarb. drach. 1. sem.

Corn. cerui prepar.

Sem. Acetos.

Plantag.

Alth.

Gland. torrefact.

Tormentill.

Serpentar. an. drach. 3.

Munia

Gummi Arab. drach. 2. sem.

Lap. hemat. prepar. drach. 1.

sem.

Cinnam. drach. 2.

Boli arm. prepar.

Sang. drac. an. drach. 1.

E.

Croci

• *Croci Mart. scrup. 2. sem.*  
*Oliban.*

*Mastich. an. drach. sem. f. Pulvis.*

4.

*Pulvis, ad calefaciendum, corroboran-*  
*dum & expurgandum uterum.*

*R. Sp. Diamarg. cal. scrup. 1.*

*Diacalamentb. Fern.*

*Diagalanga*

*Cinnam.*

*Cassia lign.*

*Zedoar. an. drach. sem.*

*Troch. de Myrrb. drach. 1.*

*Pulv. Savina*

*Zinzib.*

*Caryophyl. an. drach. sem.*

*Croci gr. 5.*

*Gran. parad. scrup. 1.*

*Sacchar. opt. unc. sem.*

*Salis calamentb. gr. 7.*

*Misc. fiat pulvis.*

*Sign. Pulver.*

*Pro dosi, formetur charta pyramid. ca-*  
*pax scrup. 2.*

*Pul*

5.

*Pulvis contracalculum.*

*Rx. Sp. Lithonib.*

*El. Duc. an. drach. 1.*

*Arom. Ros. drach. sem.*

*Pulv. Glyzjr.*

*Melon. an. drach. 1. sem.*

*Sem. Apii*

*Lisbosp.*

*Fœnicul.*

*Saxifr.*

*Mili Solis, an. scrup. 1.*

*Sang. hirc. prep.*

*Pulv. Succ.*

*Lap. Carp.*

*Oculor. Cancr.*

*Lap. Judaic. prepar. an. drach.  
sem.*

*Troch. Alkek.*

*Pulv. off. Dact. an. scrup. 1.*

*Salis Fœnic.*

*Ononid. an. scrup. sem.*

*Rotular. Diarrh. Abb. unc.  
sem.*

*E . . . Mist.*



20 CAPUT PRIMUM

Misc. fiat Trag. qua detur in scat. pro  
dosi detur pixidula aenea, capax scr. 2.

Sign. Vulver.

6.

Electuarium confortans.

R. Conser. Rosar. rub. recent. unc. 2. sem.

Rad. Cicbor. cond. unc. 2.

Carn. citr.

Cons. Violar. an. unc. 1.

Cynosb.

Lact. Hesp. an. unc. sem.

Pulv. Hermodact. alb. scrup. 4.

Salis primul. ver. scrup. sem.

Cum julebo Viol. q. s.

Misc. fiat cond.

Sign. Stärck Batwerge.

7.

Electuarium contra pulmonum ex-  
ulcerationem.

R. Conser. Rosar. rub. Veter. unc. 3.

Flos. Symph.

Bol. arm.

Terr. sig. Sil. an. drach. 1.

Lapid.

Lapid. hemat.

Trach. de Spod.

Carab. an. scrup. i. sem.

Corall. rub. præp.

Sem. Sumach. an. scrup. i.

Syr. de Portulac. unc. i.

Misc. fiat cond.

Sign. Batwerge.

3.

Electuarium, contra tussim siccam, &  
calidos humores ad Pulmones, dela-  
bentes.

R. Conser, Violar. recent.

Rosar. rubr. recent.

Borrag. an. unc. i. sem.

Nymph. unc. i.

Fumar. drach. s.

Philon. Roman. drach. s.

Sem. Hyosc. scrup. i.

Papa ver. alb. scrup. i.

Mass. pil. de Cynogloss. scrup. i.

Cum Syr. de Nymph. q. s.

Misc. fiat conditum.

Sign. Batwerge.

E 3

EA

9.

*Electuarium liquid. contra pulmonum  
exulcerationem & Phthisin.*

*R. Conser. Rosar. rub. vet. unc. 2.*

*Rad. Symp. major. cond. unc. 1.*

*Sem. Acetos.*

*Port.*

*Plantag. an. scrup. 1.*

*Troch. de Spod.*

*Terra sigill.*

*Carab. an. scrup. 1. sem.*

*Lapid. Hemat. prap. scrup. sem.*

*Syr. Myrth. unc. 1. sem.*

*Diacod. Mont. drach. 5.*

*Syr. de Papaver. unc. 2.*

*Misc. detur in fict. Sign. Brustsafft.*

10.

*Elect. liquidum, ad pulmones expurgan-  
dos, eosdemq. consolidandos.*

*R. Diacod. Mont. drach. 5.*

*Loch San. & exp.*

*de farfar. an. unc. sem.*

*Spec. Diapen.*

*Diatrag. fr. an. drach. 1.*

*Loch*

Loch de pulm. vulp. drach. 7.

Syr. Violac. unc. 1. sem.

de prass.

Fujub. an. unc. sem.

Extr. Helen. scrup. sem.

Ol. Anisi gut. 5.

Misc. Detur in fid. cum bacillo gijz.  
contus.

Sign. Gafft zur Brust,

II.

Electuar. liquid. ad calorem extinguen-  
dum.

R. Conser. Rosar. unc. 3.

Berb. Cond.

Rib. Cand. an. unc. 2.

Acetos. Calch. scrup. sem.

Misc. detur in fid.

Sign. Rül safft.

12.

Rotula contra Epilepsiam.

R. Corn. Cerb. ufti scrup. 1.

Corall. rub. prap.

Marg. prap.

Sp. Diamarg. fr.

E 4

Dis.

*Diatrag. fr. an. scrup. sem.*

*Pulv. Corall. gr. 5.*

*Sacch. in aq. Rosat. diss. unc. 1. sem.*

*Misc. fiat conf. in Rot. min.*

*Sign. Rächlein.*

13.

*Unguentum contra scabiem.*

*℞. Pomat. d. drach. 3.*

*Unguent. de cerussa.*

*Tart.*

*Litharg. arg. an. drach. 1.*

*Sulph. vivi scrup. 1.*

*Argenti vivi, sal. extinct. scrup. sem.*

*Cum ping. lact. q. f. Misc. f. linim.*

*Sign. Gälblein.*

Hæ ex multis aliquot, contra antiquissimæ & sincerioris Medicinæ Remedia, ejusdemque legitimam medendi Methodum, Remediorum, purgantium scilicet & Alterantium Formulæ, in medium allata sufficiant. Quæ Remedia omnia, si non artificis statera, sed Lydio, vel Hera-

*Remedia  
jam dicta,  
Lydio lapide  
memoranda.*

Heracleo illo lapide, Experimentiâ nimirum, Ratione atque simul clarissimorum Medicorum examinata fuerint politis & maturis judiciis, malorum Ilias, & ogygia planè apparebunt mala, si ipsam Remediorum jam dictorum spectemus materiam.

*Nimirum Ratione Experimentis & clarissimorum Medicorum judiciis.*

*Quibus omnibus jam dicta Remedia latentur graviter.*

*Illorum materia qualis. Eorundem forma.*

Si formam, præparationis scilicet & compositionis inspiciamus normam, intelligimus, quòd lavet Aethiopem atque

— jungat vulpes, & mulgeat hircos.

Vel potius, Mezentii, Tyranni illius instar, qui etiam mortua

— — — jungebat corpora vivis,

Componens manibusq; manus, atq; oribus ora,  
(Tormenti genus) & sanie taboq; fluentem,  
Complexu in misero longa sic morte necabat.

Accidit idem hocce loco, ubi venenata, deleteria, corrosiva, impura; injucunda, inefficacia, contraria, exotica, hoc est, peregrina, atq; corrupta, pessimè præparata, in quibus nulla Doseos, quæ tamen omnium

*Illorum materia venenata est, deleteria, corrosiva, &c.*

*Eorundem forma obliqua & spuria, & ma-*

E 5

debe-

# APUT PRIMUM

esse exactissima, observa-  
; contra naturam omnem,  
Hermetis, Hippocratis, Ga-  
ue aliorum præstantissimo-  
edicorum Decreta saluber-  
onjunguntur atque copulan-  
media, quibus ægrotos, sanie-  
ue, ut cum Poëta loquar, flu-  
lecto in misero (tormenti ge-  
longa in morte trucidat meus  
erarius.

quos errores modò dictos, omni-  
esse crassissimos, quis est, qui  
n intelligat?

Ètenim ad morborum jam cogni-  
rum atque simul expellendorum,  
i Remediorum investigatione, esse  
onsideranda duo, extra omnem  
positum est controversiam, Re-  
medii nimirum inventionem, atq;  
legitimã ejuldem præparationem;  
Electionem quòd spectat; requiri-  
tur hîc necessariò, ut Remedia eli-  
gantur optima.

**Cujus**

Cujus generis sunt, quæ in nostro nascuntur climate: Quia hæc naturis nostris, non tantum sunt magis familiaria, verum etiam majori cum diligentia atq; tempore cōvenienti colligi, ac deinde illorum vires conservari possunt integræ atque salvæ; in quibus dextrè præparatis, certa, quæ etiam omnium debet esse exactissima, potest haberi doctos ratio.

1.  
*Illæ sunt, quæ in climate nascuntur proprie.*

*Rationes adducuntur.*

In censu deinde Remediorum, optimorum habentur illa, quæ præstantissimis pollent viribus: Jam verò, cum ex Animalibus, Vegetabilibus, Lapidibus, Mineralibus & Metallis petantur Remedia; Mineralia, Metalla & Lapides, præstantissima quod præstent Remedia, Ratione, Experientiâ, & clarissimorum Medicorum unanimi constat consensu.

2.  
*Optima sunt Remedia, quæ Lapides, Mineralia & Metalla subministrant.*

Legitimam Remediorum quod attinet præparationem, in hoc Medicus incumbat unicè; necesse est, ut in Remediis purum ab impuro, Vene-

3.  
*Præparatio Remedii requirit impurum à puro, venenum à Medicina separationem.*



*Ut tuta, jucunda & efficacia Medicum habeas Remedia.*

Venenum à Medicina separet, quòd tuta, jucunda & efficacia, secundùm Medicorum omnium Decreta, possit habere Remedia.

*Abq, arte Chemica illa haberi nequeant, quia illa sola impurum separant à puro.*

Quod officium neminem hominum posse consequi, nisi artis fuerit peritus Chemicæ, docti affirmant omnes; Hæc enim sola, illud est instrumentum unicum, quo non tantum venenata & pestifera illa, à divina ira in poenam, ut rebus naturalibus omnibus, sic Remediis etiam indita, tollitur qualitas; verum etiam, à suis matricibus, Elementis nimirum, contracta, rejicitur impuritas, ut tutò, jucundè & efficaciter Medicus possit mederi hominibus.

*Propositio totius Tractatus.*

Quare hæc Remedia præsentia, tam purgantia, quàm alterantia, cum sint venenata, deleteria, corrosiva, impura, injucunda, inefficacia; Cum sint maxima ex parte, exotica, hoc est, peregrina, quum variè sophisticata, adulterata & corrupta; cum in illis omittantur Mineralia, Lapi-

Lapides & Metalla; cum illa adhibita præparatione magis pejora reddantur, quàm salubriora; cum in illis exacta non possit haberi doscos ratio; contra Rationem, Experientiam & omnium clarissimorum Authorum saluberrima medendi Monita, exhiberi illa homini, nisi ab omni fuerit deturbatus ratione, intelliget quilibet. Hæc, quæ dixi, omnia reverâ se ita habere, jam demonstrabitur ordine.

Et primùm quidem, non tuta, sed *Non tuta, sed venenata, corrosiva, deleteria, hanc dista, cum purgantia, tum alterantia esse Remedia,* potius venenata, deleteria & corrosiva esse, cum purgantia, tum alterantia Remedia, hinc patet dilucidè.

Etenim, ut primò videamus Purgantia, in Formula illorum prima, *Quanam sint illa Remedia,* Hermodact. Turbith, Rhab. Diagr. In secunda, Diaturbith, Soldonel. Rhab. Elat. In tertia, Mirobal. Hermod. Rhab. Turbith, Rad. Mech. In quarta Turbith, Sena, Rhab. Agar. In quinta, Colocynth. In sexta, Sena, El. Lenit. Elefc. In septima, Rhab. Myrob.

## CAPUT PRIMUM

b. Hermod. El. Lenit. In octa-  
l. Diaph. Hier. Diacolocho. El.  
t. Sol. In nona, oxymel helle-  
Syr. Cichor. cum Rh. Syr. ex  
fol. Senæ. In decima, El. Dia-  
æ, Lenit. Cath. Diapr. de Spyl-  
Syr. ex Inf. folior. Senæ, Syr. Ci-  
or. cum Rhab. In undecima,  
pilulæ arth. de Hermodact. Troch.  
Alhand. Diagr. In duodecima, pi-  
ul. foet. Alephang. Coch. Diagr. In  
decima terita, pilulæ aur. Coch. Luc.  
major. Agar. Troch. Troch. Alhand.  
In decima quarta, pilulæ de Fumar.  
Aur. Troch. Alhand. Diagr. Simpli-  
cia & composita continentur Re-  
media purgantia.

Quæ omnia ferè, exceptis paucis,  
pura & mera esse venena, tumque  
deleteria & corrosiva qualitatis, in  
Tractatu meo primo demonstra-  
tum est abundanter.

Quorum certè naturam simpli-  
cium purgantium sapere, omnino  
necesse est composita; cum orta na-  
turam,

turam, ut Logicorum fert sententia,  
sequantur primorum.

Quapropter non immeritò Diaturbith, inter alios, nepos Fernelii, elegantissimus ille Medicus Plantius, è Repub. exterminat Medica; quia in hoc, inquit, vis Scammonii validorum aliorum acrimonia, minimè retunditur: Imò potius calidorum societate exacuitur, ut habetur lib. 7. med. Meth, schol. Fernel.

*Hinc Diaturbith, rejicitur merito à Plantio.*

De El. Psyllio & Elefchop, cùm farinæ sint ejusdem eadem, L. C. dictus idem Plantius refert.

*Sic Elef. & Psyll. & Elefch.*

Electuaria reliqua, & pilulas etiam, quarum antè habita fuit mentio, eadem esse infectas labe atque pernicie, quis est, qui inficias ire velit, possit aut debeat? cùm eadem, ut L. C. demonstratum fuit, venenata, deleteria, corrosiva, &c. contineant Pharmacæ.

*Sic reliqua Electuaria. Sic repudiatur pilula.*

Inter quæ, pilulas foetidas, ipse etiam Plantius, L. C. rejicit, quòd minus sint tutæ.

*Foetida rejiciuntur.*

Et

*Sic Luc. Major.*

*Dicta jam  
Remedia, venenata, deleteria, &c.  
omnia,*

Et pilulas Lucis Major: exterminat idem, quod nimirum multa, & parùm apta miscellanea mistura, sint confusæ.

Quæ Remedia omnia, cùm Rationi, Experientiæ atque doctorum omnium judiciis repugnent graviter, infrà censuræ erunt subjicienda maximopere.

*Cum non igitur  
remota illis.  
Chemico  
utendum est  
Remediis.  
Utpote turis,  
jucunda &  
efficacibus  
Remediis,*

Quibus omnibus è medio sublati Remediis, quis quæso est tam amens, atque ab omni ratione ita deturbatus, qui suis agrotis, modò illa didicerit, Chemico præparata artificio, hoc est, tuta, jucunda & efficacia, non propinet Remedia; quæ non tantùm sine nausea, & omni vitæ periculo; verùm etiam utilitate cum magna, cùm veneni à Medicina, impurum à puro, facta sit in illis separatio, adsumere possint homines. Atqui, inquam, dicta purgantia, tuta, jucunda & efficacia, non possunt esse Remedia, cùm partim, ut à natura producta sunt, partim rudi

*Remedia jam  
dicta, non sunt  
tuta, jucunda  
& efficacia.*

*Quod legitima,  
hoc est,  
Chemica, non  
sit adhibita  
preparatio,*

rudi adhibita præparatione, ut pote  
in pulveris, Electuarii, decocti, pilu-  
larum, &c. exhibeantur forma; ubi  
tamen nulla fuerit adhibita antè ar-  
tificialis præparatio, quæ venenatas,  
deleterias, corrosivas atque ingratas  
illas, relictas, quæ sola expellit mor-  
bum, atque corroborat membra,  
rei Essentia, abjecisset qualitates.

*Qua import  
a puro. Ve-  
nena a Medici-  
cina fuisset  
facta separa-  
tio,*

Quam certè medendi Metho-  
dum, planè esse empiricam, quam-  
que vetulam potius, quàm Medi-  
cum convenire ordinarium, certis-  
simis infra rerum demonstrabitur  
rationibus. Hæc itaque sint pur-  
gantia.

*Methodum illa  
medendi esse  
erroneam &  
empiricam  
plauti.  
Debet potius  
vetulano,  
quàm philosophi-  
cæ doctrinæ  
esse.*

Alterantium deinde, quod spe-  
ctat, Remediorum formulas, quas  
ipsas, venenatis & pessimis illis non  
carere pharmacis, jam evadet per-  
spicuum.

*Alterantium  
formula ven-  
enatis, dele-  
teriis &c. Re-  
mediis, carens  
minime.*

Etenim formula prima, huma-  
num habet, contra Epilepsiam exhi-  
bitum, Cranium; quod ipsum, num  
absque conscientie stimulo gravi, in

*Constat illa  
humanum, con-  
tra Epilepsi-  
am exhiberi  
tur.  
Idem non fit.*

F usum

#### 4 CAPUT PRIMUM

usum possit trahi Medicum, vide-  
int optimè Sacrarum literarum,  
Antistites; de quo, & hujus farinae  
Remediis, mox C. Plinii S. Ethnici  
icèt, egregium audietur judicium.

Quasi verò ex homine bestiam  
ieri necesse esset, cui Medicus, de-  
posita omni humanitate, putrida &  
corrupta devoranda, deberet exhi-  
bere cadavera.

Quasi verò, inquam, Deus Opt.  
Max. plantas, lapides, mineralia &  
metalla, in usum non condidisset  
mortalium, ex quibus magnam, ur-  
gente rei necessitate, Medicus de-  
beret Remediorum desumere farr-  
ginem, atque copiam immensam,  
Tortia, Mumiam habet, quam certè,  
levissimè etiam literis tinctus Medi-  
cis, esse venenum, peste quavis pe-  
stilentius, quis est, qui non intelli-  
gat: Hic tamen, ad imaginem  
DEI ipsissimi condito exhibetur  
homini.

Proh,

Proh, Deſim, atque hominum ſi- *Impietas &*  
dem, quæ iſta eſt impietas? quæ pro- *protervia cla-*  
tervitas? quæ imperitia? *lus ſignis eſt,*

Hocce ſummi viri jamdudum, & *Jamdudum*  
talia, nonnè admonuere, atq; ſimul *ſummi viri,*  
exploſere? Certe. *ab hanc Re-*  
*medis obſer-*  
*vandum, ab-*  
*monendo.*

In lucem prodeat, excellentiſſi-  
mus, atq; æternis literarum monu-  
mentis clariffimus ille Philoſophus  
& Medicus, Johannes Baptiſta Mon-  
tanus, Veronenſis, qui ante annos  
aliquot laude cum maxima, Patavii

publicè & docuit & exercuit Medi-  
cinā, quem, ni moleſtū fuerit, pare-  
t. ſux. Med. hiſce verbis audiamus lo-  
quentem: Idemque fit de cadaveri-  
bus, inquit, quæ in cruce ſuspen-  
duntur, in quibus per calorem So-

lis colliquatio fit, itemque in cada-  
veribus, quæ in Africa ſuffocantur  
ſub arena, in qua ab ardentiffimo  
Sole liquantur in arena ſicca, unde  
corpora prout arida remanent,  
quæ ſic arefacta, à mercatoribus, vel  
nautis ad nos deferuntur, iſq; liquor

*In quatuor*  
*numeri eſt*  
*Joh. Baptiſt.*  
*Montanus.*

*Montanus*  
*verba,*

*Munda eſt op*  
*cadaveribus*  
*peregrinan-*  
*tium in Afri-*  
*ca, ſub arena*  
*ſuffocati.*



*Venduntur  
illa cadavera  
pro mumia.*

*Mumia illa  
cadaver est  
putrefactum.  
Vera Mumia  
quid sit.*

pro Mumia venditur. Sed vera Mumia nō est, cū in se nullam habeat qualitatem, quam vera habet. Sed summam tantum terestritatem, cogunturque nos devorare talia cadavera jam putrefacta. At vera Mumia, nihil aliud est antiquis, quā liquamen, ex cadaveribus nobilium virorum, quorum demortua corpora aloē & myrrhā unguebantur, quemadmodum & in Evangelio Domini JESU CHRISTI patet. Ac postquam unxissent illa, coeperiebant linteis pannis, & in sepulchris conservabant, postquam tractu temporis, adveniente calore illi putredini, colliquebatur pinguedo corporis, sed immixta aloē & myrrhā, atque ita ex his fiebat fermentatio quædam & mixtura optima, quam mercatores suffurantes ex sepulchris ad nos afferebant, &c. Sic igitur Mercatores illi furabantur noctu Arabum nobilium corpora, atque ad nos deferrebant. Id animad-

Ver.

vertentes, intelligentesque Arabes,  
collocârunt corpora in locum tu-  
tum, ne subtraherentur, unde adhuc  
ampliùs, transferri non possunt. At <sup>Mumia effi-  
cinatum Med-  
dicarum hodi-  
erna, capere  
est putrefa-  
ctum.</sup> Medici hæc ignorantes, & quæ sit  
vera Mumia, præbent, pro vera Mu-  
mia, corpora illa in arena suffocata,  
& quæ à nautis ad nos deferuntur.  
Horum corpora aliqua Venetiis  
spectari solent, tempore ascensionis,  
in Pharmacopoliis, valde nigra, &  
visu horrida, & sunt maximè arida.  
Hæc Montani verba sunt.

Ex quibus sat videre licet, quid de  
nobili illo Remedio, Mumia nem-  
pe, statuendum sit, quòd nimirum <sup>Mumia est  
venenum.</sup> tale sit Remedium, quòd non bru-  
to, multò minus, ab homine præ-  
beri debeat homini? Cùm venenum  
sit, veneno quovis pestilentius. Mu-  
miam illam Antiquorum legiti-  
mam, hodierno ad nos non deferri  
die, testatur etiam clarissimus ille  
Petr. Andr. Matthiolus, qui comni.  
in lib. 1. Diosc. sic loquitur: Verun-  
F ; tamen

# 30 CAPUT PRIMUM

ramen, hac nostra tempestate in Italiam haudquaquam advehitur: Quippe quod hac missione, nulla earum regionum cadavera, præter nobilium, ac divitum condiantur; Et hi quidem sepulchra habent sibi constituta, diligenterque occlusa. Idcirco, non ita facile istorum corpora, surripi possunt à Mercatoribus, illuc profectis, ut minori, tum difficultate, tum suspicione auferri possint pauperum & ignobilium, asphalto pice misto, vel ipso pissasphaltro confarcta. Ideoque aperissime falluntur, qui pro legitima Murnia, arefactam istiusmodi cadaverum carnem assumunt, &c. Hæc quoque Matthiolus.

De hoc, & Remediis similibus, quid Etanicus ille C. Plinius? Hic, lib. 28. Nat. Hist. cap. 1. sic loquitur: Sanguinem namque gladiatorum bibunt, inquit, ut bibentibus populis procul sint comitiales morbi. Quod spectare facientes eadem arc-

*Talia Remedia de homine desumuntur, sicut et de canibus de-  
venerunt Di-  
os Ebanos.  
Viti Plinius.  
Pere Plinius.*

arena feras, quoque horror est. At *Egregia Plin-  
sententia.* herculè illi, ex homine ipso, sorberi  
efficacissimum putant calidum spi-  
rantemque, & unà ipsam animam,  
ex osculo vulnerum; cùm è plagis  
hunc, ne ferarum quidem admo-  
veri ori fas sit humano. Alii me-  
dullas crurum quarent, & cere-  
brum infantium; nec pauci apud  
Græcos, singulorum viscerum,  
membrorumque etiam saponem di-  
rere, omnia perstrutari, usque ad  
rescgmia unguum. Quasi verò,  
sanitas videri possit, feram ex ho-  
mine fieri, quin morbo dignum,  
non ipsa Medicinæ gratia: Egregia  
herculè frustratione, si non pro-  
fit. Aspici humana exta, nefas habe-  
tur: Quantò magis mandi: Quis *Quinam in-  
venter bene-  
dicta illius  
Medicina.* ista invenit ostenta? Tecum enim  
res erit, everfor juris humani, mon-  
strorumque artifex: Qui primus  
ea condidisti. Fecisti credo, ne  
vita tui oblivisceretur. Quis invenit  
singula membra humana mandere:

F 4 quâ

quâ conjecturâ inductus, quam potest Medicina ista originem habuisse : Quis veneficia innocentiora effecit, quam Remedia : Esto barbari externiq; ritus invenerint : etiamnè Græci suas fecère has artes. Democriti extant commentationes, ad alia noxii hominis, & ex capite ossa plus prodesse : ad alia amici & hospitis : jam verò, vi interemptu dente gingivas in dolore scarificari, Apollonius, efficacissimum scripsit : Miletus, oculorum suffusiones, felle hominis sanari : Arthemion, calva interfecti, igneque cremari præparavit aquam, è fonte noctu comitialibus morbis : Ex eadem suspensio interemptu, catapotia fecit, contra canis rabidi morsus Artheus. Atq; etiam quadrupedes homines sanare : Contra inflationes, boum perforatis cornibus inserentes ossa humana, &c. Procul à nobis, nostrisque literis absint ista : Nos auxilia dicemus, non piacula : Hæc sapienter,

enter, atque simul eleganter C. Plinius S. Proh Deum, igitur, hominumque fidem, ostenta & nefanda facinora, in usum Medicum traducere humana membra, dixerunt Ethnici, verum ignorantes Deum, quibusq; eadem mandere, legibus erat cautum: nobis in Christi doctis atque edoctis schola, humana capitis ossa, imò totum, totius hominis, ad imaginem quamvis Dei viventis condito, atque sanguine Filii Dei redempto pretioso, tumq; gratiâ Spiritus sancti sanctificato, homini devorandum offerre cadaver, nec pudor, nec reverentia, pietasvè ulla est.

*Dei carum illa studiat Ethnici.*

*Verum hic manus amicus, in Christi natu & educatus schola, ab illis non abstinere.*

*Hæc quantum scelus est, in viscere viscera condit? Scilicet in tantis opibus, quas optima matrum, Terra creat.*

*Scelus est, exhibere talia Remedia.*

Ah

Parcite mortales, dapibus temerare nefandis Corpora?

Etenim,

*Cum Remediorum nobilissimorum copia sit ubiq; permagna.*

Prodiga divitiarum, alimentaq; mitia tellus;

Suggerit, atq; epulas sine cade. & sanguine præbet.

E. S.

Sunt

*Sunt herbae dulces, sunt quae mitescere flamina  
Molliriq; queant: nec vobis lacteus humor  
Eripitur, nec mellasthymi redolentis flos,  
Ut cum Poëta loquar.*

Et certè, præstantissimorum Remediorum, quæ mitescere flamina, molliriq; queant, ubiq; copia est immensa. Non opus putridis igitur & corruptis illis cadaveribus.

Quidam olim glandem puero, familiaribus rogantibus, ut apponeret, ex stercore murium confici præcepit: quo dicto, omnes qui audierant, in risum soluti fuerunt, quod cum tot essent, quæ apposita fedi, ad excretionem excitarent intestinū, ille omnibus præteritis, ad murium confugisset stercus, ut Galenus scribit, lib. 10. simpl. Med. Nam revera (addit Galenus) pudendum est, alia atq; alia experiri velle, cum omnes, ceu curiosum & præstiagiatorem, condemnent eum, qui talia, aut faciat aut dicat. Et certè pudendum & detestandum est, salutaribus præteri-

præteritis Remediis, corrupta, fœda  
atque abominanda homini de  
homine exhibere cadaverosa Re-  
media.

Itaque ego per Deum admiror,  
quâ cogitatione, quove consilio  
ad ea scribenda atq; exhibenda, ac-  
cedas Amice. Nam quæ viventibus *Non speranda  
inde gloria  
mortuorum  
viventi ipsi  
fit ignominia.*  
dedecori atq; ignominia sunt pro-  
dita, quo pacto tibi post mortem  
gloriæ fore speres? Etsi non minus,  
qui talia scribunt, quàm qui talia  
perpetrant, imò magis etiâ odio di-  
gni sunt: quantum scilicet minor in-  
justia ac scelus est, quod solus facias,  
quàm quod cum multis. Deinde  
cum eo, qui perpetravit, moritur,  
malorum theorematum experien- *Talis scri-  
bentis odio  
maximo di-  
gni.*  
tia. At corû, qui scriptis prodidère,  
immortalis est malicia, arma pravis *Quid sceleris  
in hominibus,  
nocendi sup-  
peditant  
arma.*  
hominibus suppeditans, ut idem  
Galenus lib. 10. simpl. Med. refert.  
Igitur ô Amice,

fors &

Debi-



*Sequitur  
puna.*

*Debita jura, vicesq; superba,  
Te mancant ipsum: precibus non linquar inultis:  
Teq; piacula nulla solvent,  
Ut cum Flacco meritò loquar.*

*Glandes tor-  
refactæ exhiben-  
tury contra  
Dysenteriam.*

Similiter, formula tertia, habet  
glandes torrefactas, quæ contra Dy-  
senteriam exhibentur.

*Suum est pa-  
bulum glan-  
des, constat.*

Verum, quo id fiat jure, nulla po-  
test adferri ratio. Suum esse pabu-  
lum Glandes, etiam Pagani sciunt  
optimè: Medicamentum verò, con-  
tra morbum illum gravissimum Dy-  
senteriam, præstans esse Remedium,

*Non saluta-  
rem habens  
vim contra  
Dysenteriam.*

salutiferamque habere vim Glan-

*Tostione ac-  
quirit illam.*

des, non ratione, multò minùs ex-  
perientiâ constat. Atqui tostione

*Est rustica  
preparatio.  
Dysenteria  
nobilioribus  
est præstigan-  
dus Remedium.*

acquirere illam vim salutarem glan-

*Est rustica  
preparatio.  
Dysenteria  
nobilioribus  
est præstigan-  
dus Remedium.*

des, dices? Persuade. Dysenteria et-  
enim cum altiore suæ originis, ha-

*Non rustici  
illæ glandibus.*

beat causam, potentioribus & præ-  
stantioribus Remediis, artificibus

optimè cognitis, non rusticis illis  
glandibus torrefactis (cùm gra-  
vissimus ille morbus) expellenda  
erit.

Verum

Verum, (τός,

Νήπιοι καὶ ἰσχυρὸν ὅσα πλάσσει ἡμῶν παν- Stulti igno-  
 Οὐδ', ὅσον ἐν μαλάχῃ τε καὶ ἀσφοδέλῳ for immen-  
 μετ' ὄνειρεν for natura  
 docet.

Κρύψαντες γὰρ ἔχουσιν θεοὶ βίον ἀνθρώποισιν.

Hoc est?

Stulti, neq; sciunt, quanto plus dimidium sit toto, Hesiod. φ.  
 Neq; quam magnū in malva & asphodelo bonum, & 4.  
 Occultatum enim habent Dii victum hominibus,  
 Ut cum Alcrao Poëta loquar.

In formula sexta Alterantium, Hermodactyli  
 Electuarium confortans ingrediuntur venenatam  
 tur Hermodactyli; quos tamen ve- habent qualita-  
 nenatam, deleteriam &c. continere tem.  
 qualitatem, probatum fuit etiam in Qui ingredi-  
 Tractatu meo primo abundanter untur confor-  
 tans Remo-  
 dium.

Quā igitur ratione hūc, quόνε  
 consilio, sub Medicina blanda, ma- Sic Medicina  
 lignū occultas venenum, ô Amice, sub blanda,  
 sic ut Poëta loquitur, pestilens, oc-  
 Lucida terribiles miscent aconita noverca. cultatur ve-  
 nenum.  
 Hæc mora  
 sunt venena,

Similiter, in formula octava, Phi-  
 lon. Rom. semen Hyosc. & Pilulæ de  
 Cynoglossa exhibentur: Quæ dele-  
 teria planè esse Remedia l. c. quoq;  
 diximus?

Sic,

# 46 CAPUT PRIMUM

Sic. ut Maro loquitur,  
*Melle superatam, & medicatis fragibus offam*  
*Objicit,*

Amicus meus, nimirum,

*Quibus ater. Vt queat aeternum miseris inducere somnum.*

*am homini  
 sed inducit  
 noctem.*

Omitte Argentum vivum, cujus  
 in decima tertia fit mentio. Appli-  
 catur hoc ad scabiem corporis ex-  
 tergendam. Verum, cum illius ho-  
 minis detrimento maximo.

*Argentum  
 vivum, quod  
 venenum est  
 pestilentissimum.*

Etenim argentum vivum, peste  
 quavis, venenum esse pestilentius,  
 quod illitum partibus exterioribus,  
 tremorem, Paralyfin, & alios mor-  
 bos inducat gravissimos, l. c. proba-  
 tum fuit.

*Non tollitur  
 saliva vene-  
 rimo.*

Atqui, dicas, non crudo, sed cor-  
 recto, saliva nimirum extincto, atq;  
 aliis misto, utor argento vivo? Ve-  
 rum falsissimum illud esse, quæ est  
 instar mille testium, comprobatur ex-  
 perientia?

*Dicitur Phi-  
 losophus Mer-  
 curius, non  
 tamen absq;  
 orculo sensu.*

Certe argentum vivum, quod  
 Mercurium nominant Philoso-  
 phi, aliâ indiget correctione, vel po-  
 tius

tius præparatione, ubi nimirum ab- *Aliâ opus est præparatione Chemicâ nimirum.*  
jicitur venenum, quæ si adhibita fu-  
erit, ad graviores expellendos mor-  
bos, vires habet divinas. Quæ res sat  
nota est artificibus.

Ergo tuta, vel salutaria dicta Re-  
media, non esse, hinc sat constare  
arbitror.

Jucunda dicta, cum pargamiz,  
tum Alterantia illa Remedia, non  
posse esse, testatur ipsa ratio. *Non sunt ju-  
cunda, dicta  
Remedia.*

Quomodo enim illa Remedia  
possunt esse jucunda, ubi non tan- *Quia nec vo-  
centum, nec  
ingrata vel-  
luntur quali-  
tates.*  
tùm venenata, verum etiam impu-  
ræ & ingrata, illæ, nullâ adhibitâ ar-  
tificiali præparatione, relinquuntur  
qualitates; ubi nulla omninò puti  
ab impuro fiat separatio. Dictis ad-  
stipulatur ipsa gustandi facultas; Et *Hinc sunt in-  
grata, sicut  
nauseabunda.*  
enim quàm plurimi non inveniun-  
tur homines, qui centies potius eli-  
gunt mortem, quàm ut ingrata &  
nauseabunda illa, qualia sunt pulve-  
res, & quæ ex illis componuntur,  
Ele.

lectuaria, Pilula, vel etiam potiones, & alia assumant Remedia. Dicta igitur Remedia non esse jucunda, jam confirmatum fuit.

Necessitudo esse posse, hinc constat Remedia eadem, cum nulla legitima adhibeatur preparatio.

Etenim formam, virtutem, potentiam, &c. illud esse solum, quod causam removeat morbi, roburq; membris restituat pristinum, allatum & probatum fuit l. c.

Atqui hanc, in hisce Remediis dictis omnibus, non tantum non extrahi, separari atque integrè secerni; Verum potius suffocari, quis est, qui non intelligat. De qua martificiali Medicamentorum preparandorum ratione, dicetur infra pluribus.

*illa  
di Me-  
& ve-  
e Re-  
, etiam  
crati,  
si & re-  
um pra-  
fione-* Jam pestifera, injucunda & inefficacia illa Remedia, cum spuria illa medendi methodo, non tantum Chemicorum, ut in primo meo Tractatu satis probatum est; Verum etiam Hippocratis, Galeni, aliorumque

que Medicorum præstantissimorum, quibus turò, jucundè & citò seu efficaciter, medendum esse admonent omnes, omnino adversari Legibus saluberrimis, demonstrabitur paulois.

*rum Medicorum  
tum omnium  
medendi Legibus  
adversantur.*

Turò medendum esse, monet præclare, hisce verbis Hippocrates, lib. i. de Morb. vulg. Sect. 2. Stat. 2. ubi inquit: Duo ista elaboranda sunt, ut in morbis commodè, aut ne quid offendas.

*Quibus turò,  
jucundi &  
efficaciter  
medendum  
esse admonent.*

*Turò medendum esse.*

Quam sententiam, lib. de Affect. pluribus explicat Hippocrates, ubi sic loquitur: Neque ab eo, qui curat, malum aliquod inferri debet, satis enim sunt, quæ à morbis adsunt.

*Autoritate  
Hippocratis.*

Verùm, ut boni aliquid præstet, pro viribus curandum est. Quod si cum probè quidem curet Medicus, morbi tamen magnitudine superetur ager, hæc Medici culpa non est. Si verò cum rectè non curet, neque

G mor-

90 CAPUT PRIMUM

morbum cognoscat, à morbo super-  
torur, Medici culpae est.

Et lib. de Arte, inquit Hippocra-  
tes: Hæc enim ars, ubi morbum per-  
cepit, curationem instituendam  
censet, id unum spectans, ne temeri-  
tate magis, quam consilio, & ut faci-  
litate potius, quam vi (vis enim  
omnis mala est, ut idem refert Hip-  
pocrates, lib. i. de morb. mulier.) cu-  
ratis adhiberi videatur.

*Interpretatur  
Galeni.  
Hippocratis  
Sententiam.*

Galeni hic non desunt testimo-  
nia: Hic enim loco priore allega-  
tam Hippocratis sententiam inter-  
pretatur atque explicat, sapienter  
admodum, continent. 2. ubi sic lo-  
quitur: Hoc ego tenue duxi ali-  
quando, nec Hippocrate dignum;  
Si quidem omnib. hominibus cen-  
sui esse perspicuum, quod debet spe-  
ctare in primis Medicus, ut agris  
commoder. Posteaquam verò non  
parum multos vidi claros Medicos,  
jure ob id reprehensos, quod vel in-  
mittendo sanguine, vel lavando, vel  
medi-

medicamento dando, aut vino propinando, aut frigida offendissent.

Cogitavi meum fortasse, etiam ipsi Hippocrati tale quid usu venire, se, necessario itaque etiam aliis ejus aequalibus Medicis. Atque ne exinde omnibus accerterendum duxi, ut si quando magnum affertur agri auxilium, ante perspiciam apud me, non solum quantum profuturus sim, si ex sententia cadat, sed etiam, ne quid laedam. Nihil itaque unquam instans, quin apud me prius periculum facerem, ne quid, si votum non oblinerem, offenderem agrum.

Quidam vero, perinde ac ii, qui aliam jaciunt, solent agrotantibus Remedia offerre, quorum affectu offensio magnum agris incommodum. Proinde iis, qui artem addiscunt, sit scio, prodesse, aut non laedere, indignum visum in, ut mihi quondam, quod ab Hippocrate literis mandaretur.

G 2

At



est verò medicantibus iam non  
dubito, quin ejus vis appareat.  
Quod si quando per vehementis  
medicamenti usum temerarium,  
perimmi possint aegrotum, maxi-  
mè tum sentient, cujus hunc blipi-  
pocrates vim ante oculos proponit.  
Hactenus Galenus.

*Americus  
Galenus,*

Eandem suam sententiam Gale-  
nus, lib. 10 de comp. Med. S. L. cap. 1,  
hinc repetit verbis: At verò, inquit,  
plerique Medici, ex ipsorum usu  
aliquando, non solum successu  
longè frustrantur, sed etiam veho-  
menter nocent, ut affectio ipsa in-  
curabilis reddatur, quod sanè ipsis  
etiam, circa alia Pharmaca contin-  
gat, quibus citra Methodi rationem  
utuntur. Ego verò id, quod Hippo-  
crates præcipit, in artis operibus fa-  
cere semper annitor: nimirum, ut  
quod auxilii loco adhibetur, vel ut  
ille scripsit, juvet, vel cerè, non no-  
ceat, &c. Hæc Galenus quoque.

Non ergò dejectionum numero,

vel

vel copia, facultatem, potestatem & præstantiam in purgationibus æstimemus; verum, ubi morborum indices, impuritatesque ex symptomatum remissione, & virium restitutione, ablatas animadvertamus, quocunque id fiat corporis meatu suum absoluisse iudicemus officium.

*In purgationibus non præstantia copia sedantur.*  
Purgatio optima sunt, quæ sine vehementi corporis agitatione, & virtutis dejectione, suæ præstant operantur.

Etenim, quæ prodeunt, copia nimè æstimanda, sed ut qualia exoptis, prodeant, & æger facillè ferat, inquit Hippocrates, 1. Aphor. 23.

*Hippocratis testimonium.*

Idque ejusdem autoritate Hippocratis, qui 4. Aphor. 2. sic scribit: In Medicamentorum purgantium usu, qualia etiam spontè prodeuntia, utilia; talia à corpore educere contrahit, quæ vtrò contrario modo prodeunt, cohibere.

Eadem salutaria spargit monita Galenus, lib. 12. Meth. med. cap. 1. de calore sapientibus ubi agit Remediis, Quo loco dicit Galenus, quòd multi fuerint inveni Medici,

*Galenus plura adducit testimonia, quod sit moderatus autò.*

qui vehementioribus Remediis jugulantes homines, dum convulsione, aut animo ex dolore defectu, una cum dolore cutis oborto, interierint.

Quapropter addit Galenus, inquit: Ego igitur terminus in-  
egrotantibus, quem non transibit is, qui ex arte generose contra mor-  
bos pugnat, ut rursus mediceatur. Ei  
vero, qui dolorem mitigat, ut vires  
custodiat, ubi ultra pergitur, crude-  
lis hominis officium facit, qui una  
cum morbo, vitam quoque homini  
aufert. Qui vero cubantis delictis  
sublembit, quosque voluptatem, non  
sanitatem, promittit goretidorum  
habere adulatoris. Committunt Me-  
dici ejusmodi excessus, cum in aliis  
quoque Remediorum generibus  
non paucis, dum vel maxime in iis  
vocatis anodynis, quæ ex papaveris  
succo, vel Alterci semine, vel Man-  
dragore radice, vel styrace, vel tali  
quopiam sunt. Nam & qui agris  
gra-

gratificanti, in eorum Medicamentorum usu modum excedant. Et qui intempestive, immodicèque sunt animosi, dum prorsus horum usum refugiunt, doloribus, ægros jugulant.

Ergo veluti in omni totius vitæ, tum habitudine, tum actione, ita hæc quoque consiliū illud sapientis, qui NE QUID NUNIS, dixit, complectimur, habentes, pro fine, quo tendamus, cubantis utilitatē. Hæc Galen<sup>us</sup>.

Sic Galenus, lib. 2. Meth. med. cap. 2. Vidisti porro, ait, non multis oculorum dolores, nos gravissimos facere, aut balneo, aut vini potione, aut fomentis, aut sanguinis missione, aut purgatione, quibus nihil aliud adhibet Medicorum vulgus, quàm medicamenta hæc, quæ ex Opio & Mandragora & Hyoscyamo sunt, maximam planè oculorum perniciem, ut potè, quæ nullâ re aliâ sublata, ad præsens doloris speciem præstant, quàm quòd ipsi sunt sensus

Ne quid nūc.

Galenus lib. 2. Meth. med. cap. 2.

eneant. Morbosque nostri, ab ejus-  
modi Medicamentorum usu, cum  
liberabilius fuissent admodum, nun-  
quam postea naturalem statum re-  
cepisse, sed ex his principio quidem  
obscurè atque agrè vidisse, tempore  
verò suffusione, quam Hypochrysin  
vocant, vel pupillæ nimia dilatio-  
ne, quam Mydrisin appellant, vel  
tæbe, vel corruptione, quam reti-  
dionem vocant occupatos. Hæc Ga-  
lenus.

*Leucon  
Morbus cu-  
raturus  
est.*

Quæ illi etiam dicantur omnia,  
ne in illum Medicas inchoasemo-  
nem. Morbus quidem curatus est,  
homo autem moritur, ut lib. x. de Arr.  
cur. ad Gluc. cap. 1. idem Galenus  
habet.

*In morborum  
curacione non  
periculoso-  
dum.*

*Galenus testis.*

*monium.*

*Ob subiecti*

*hominis scilicet*

*ut dignita-*

*tem.*

In morborum curacione igitur  
nihil periculandum, sed summa po-  
tius adhibenda est cautio.

Quod item etiam salubriter ad-  
monet Galenus, ubi eodem lib. in  
Hippocr. Aphor. sic scribit: Experi-  
mentum autem periculosum est, in-  
quit,

quit, & ipsum ratione materiae, neq;  
 enim latres, lutum, lignum, lapi- *Cum non la-  
 tes, regula,  
 lignum etc.  
 arti medici-  
 nali sint ma-  
 teria.*  
 des, regula, coria, artis medicinalis,  
 utaliari, materia sunt, in quib; ex-  
 periri & exercitari multis modis im-  
 pum è. hoc illi, qui se circa materiam  
 exerceat, & artis theopemata medi- *In quibus po-  
 terit audire  
 impune.*  
 tetur; id quod in lignis carpentarii,  
 in coriis coriarii faciunt.

Ligna siquidem & cutium, male  
 tractantem corrumpere, nullum  
 periculum est: At in corpore hu-  
 mano illa exoriri, quae non expe-  
 rientia comprobata sunt, non citra  
 periculum, cum mala experientia *Mala experi-  
 entia in Me-  
 dicina ducit  
 ad interitum.*  
 ad totius animalis terminetur inte-  
 ritum. Hæc Galeni quoque sint tes-  
 timonia.

Hæc Hippocratis & Galeni mo- *Ergo omne  
 Remedium  
 debet esse su-  
 m, cum ad  
 salutem ho-  
 minum sit in-  
 ventum. Medi-  
 cina.*  
 nita planè accedunt, quod homi-  
 num omnis, quæ suscipitur medic-  
 catio, debeat esse recta, cum ipsa Me-  
 dicina ad salutem hominum inven-  
 ta sit, ut lib. Fin. testatur Galenus.

Plurimorum præstantissimorum

G 5 Do.

Doctores jam dictis, ni temporis  
esset habenda ratio, addi possent ar-  
gumenta. Quod argumentum idem  
etiam tractat inter alios clarissimus  
ille, Baptista Montanus Veronen-  
sis, part. 3. sua Medicina, quem le-  
gere Lector poterit.

*Testimonio  
suo approbat  
Baptista  
Montanus.*

*2.  
In eundem me-  
dendum esse.*

*Galenus testis  
monitus.*

Sequitur monitum secundum,  
nimirum, quod Remedia crassa de-  
beant esse jucunda.

Consilium hoc Galeni est, lib. 4.  
de tuend. san. cap. 7. ubi sic scribit:  
Atque omnia quidem hujusmodi,  
vel ante nostram admonitionem,  
sibi ipsi quis excogitabit, unum sci-  
licet, ubique destinans nempe, ut  
quo ad fieri licet, jucundissimum  
fiat Medicamentum, sed tamen vi-  
rium ejus utilitate servata. Non  
enim hanc, dum dulcedini studeretur,  
solvi jubeo. Hæc Galenus.

*Vires tamen  
Remedia ser-  
vanda sunt.*

*Observandum  
est maxime in  
purgantibus.*

Quod certe, non tantum in Alte-  
rantibus, verum etiam in purganti-  
bus observare debet quilibet me-  
ritò.

Multa

Multa Aequidem, quæ bibuntur  
Pharmaca, inquit Galenus, lib. I. de  
comp. Med. S. G. cap. 3. tam assu-  
menibus insuavia sunt, ut stoma-  
chum subvertant, vomitumque pro-  
pinus ciant, quædam licet paulu-  
lum in ventriculo manere possint,  
postea tamen evomantur, cum pra-  
vas moverint cruciationes.

*Quia illæ ior  
gratia & paup  
statura  
sunt.*

Quamobrem, lib. de Dynam. in-  
quit Galenus; Purgantia boni sunt  
saporis, ut illis delectetur æger; alias  
plus nocent, quam prosunt.

*Purgantia  
sunt boni sa-  
poris, Galeni  
testimonio.*

Cibus & potus, paulo pejor, sua-  
vior tamen, melioribus quidem,  
sed minus gratis, anteponendus,  
ex Hippocrate, 2. Aphor. 38. ha-  
betur.

*Cibus & potus  
licet peior,  
salutarior  
est.*

In Comm. horum rationem affert  
Galenus: Non ob id solum hoc fa-  
cienudm est, inquit, ut ægro gra-  
tificemur, sed etiam, quia utilis  
ipsi existit.

*Galenus, 2. ap-  
pares, addit.*

Nam





## CAPUT PRIMUM

quæcunque, vel quævis  
sumuntur, ista yentricula  
atur, & facilius concoquitur,  
a, quæ displicent, refugit, ut  
, vel nausæ, vel flatus, vel  
tiones subsequantur, quod  
n in pluribus cibis, bonis  
habentibus, fit.

ndo igitur cum volupate  
itur cibus, qui paulò deteriot  
n modò non manet deteriot,  
andoq; redditur melior. Ga-  
hactenus.

od si igitur suavitas requira-  
Alimentis, quæ plerumque  
tus excipit & concoquit ven-  
lus; quantò magis in Remè-  
laborandum est Medicis, ut  
icunda sint; cum illa sæpissime  
suscipiantur Stomacho; cui,  
antè gravissimis morborum  
tus & quasi fractus sit penitus  
tibus, jucundissimum, etiam  
t fastidium.

Verum,

Verum, quæ potest esse in Remediis illis suavitas, quæ jucunditas, ubi venenata & ingrata qualitates, etiamnum relinquuntur; ubi veni à Medicina, puri ab impuro (Chemicæ artis beneficio) nulla fiat separatio.

*Quia non auferitur venenum.  
Nec ingrata reijciuntur qualitates.*

Quanta olim & majori cum fide & diligentia, omnibus posteris commendanda, suis præerat ægrotis Galenus, qui uti ex lib. de Ther. ad Pis. cap. 18. & 19. videre licet, salem suum Theriacalem, quem ignis beneficio, non tantum venenatam suam, quam habebat, naturam, verum etiam, omnem, quæ præditus erat, deposuisse amaritudinem, atque præstantiorem & jucundiorē longè essentiam acquisivisse, sciret optimè, magna cum ægrotorum propinabat utilitate.

*Diligentia multo Galenus.*

*Qui salutarē & suavem suam salem Theriacalem exhibebat.*

Lex tertia, quam auctores figunt, est, quod Remedia debeant esse efficacia, hoc est, ut operentur cito, quod si non sit, maxime illud cum ægro.

*Efficacia modendum  
Cito operari debent Remedia.*

# 61 CAPUT PRIMUM

egrotantium accidit incommodo. Est enim, quocunque tempore, auxilium quis attulerit, opportuno tempore, auxilium attulisse dicitur, ut refert Hippocrates, lib. I. de morbo. tamen in illis morbis, acutis præsertim, qui nullas concedunt inducias, cunctandum non est, sed properanter sunt profligandi, esse Hippocrate, lib. de morbo. Sect.

Acuti enim morbi, maximos excitant labores, & interficiunt in initio, ut inquit, Hippocrates lib. de Affect.

Quod verissimum esse testatur experientia, in illis, qui aut animo deficiunt, aut qui, neque animam, seu stercore continere possunt, aut suffocantur, aut ex partu laborant feminae, aut profundunt sanguinem, aut venenato aliquo detinentur morbo. Hi omnes morbi celeres habent occasiones, ut scribit Hippocrates, lib. I. de Morbo. & Galenus lib. de Remed. parat. facil. Quibus efficacissimo si non occurreris Remedio,

*Hippocrates  
monitum,*

*Præsertim in  
acutis morbis,  
qui nullas  
concedunt in-  
ducias, Hip-  
pocrate au-  
toritate,  
Finisuntur  
citò.*

*Quinam illi  
morbi acuti,*

*Citò illis oc-  
currendum,*

die, oleum & operam perdes dein-  
 ceps; cum paulò post extinguantur  
 ægri. In morbis aliis, utpotè epile-  
 ptico, apoplectico, calculoso, &c.  
 ubi causa non tantum valida est, ve-  
 rum etiam remotissima in corpore  
 occupavit loca, nonnè accidere re-  
 ipsâ experimur idem? Quibus certè  
 si non efficacia offerimus Remedia,  
 morbus ipse tempore, pedetentim  
 labantibus naturæ viribus, postilita-  
 te & mobilitate viget, viresque ac-  
 quirit cundo: atque ita, ut victoriæ  
 ampla repperet insignia.

*Remedio ef-  
 ficaci.*

Quapropter, in syncope olim, ubi  
 celerissimo opus fuerat Remedio, vi-  
 nam, cum natura sit calidum & de-  
 ductionem in corpus producat,  
 ut sentit Galenus, lib. 12. Meth. cap.  
 4. idemque, ut assimiletur, mutatio-  
 nem desideret minimam, atque ob  
 hoc fieri, ut nutriat & corrobor-  
 ret celeritè, eodem teste, Gale-  
 no, lib. 3. de Temp. cap. 2. offeren-  
 bus Galenus, alioque ut in tali casu  
 offer-

*Hinc Galenus  
 o' in 12. Syn-  
 cope offerendi  
 vinum.  
 Cur vinum,*

*Apud ali-  
 os.*

offerrent, consulebat; idq; flavum, tenue & ætate vetus: vel album & purū, quod propter qualitatis convenientiam, citius in corpus assumi possit, ut refert Galenus, lib. 3. de nat. Facult. cap. 15. Non autem nigrum & turbidum illud debere esse, Galenus scribit, l. c. hoc enim vitio crassitudinis, per viam hætere ac tardare.

*Ergo in dictis morbis non crassa, impura, indigesta, &c. sed spiritualia, quæ chemica sunt, offerenda Remedia.*

In morborum igitur curationibus, dictis Remediis, cum sine impura & crassa, non ad Spirituum ritē transierint familiam, ad validas morborum radices extirpandas, atque remotissimas eorundem mineras investigandas, dissecare ignem, & perfodere istamum illum, qui uritur, quis est, qui non intelligat? Quid enim cæco cum speculo, quid danti cum balneo.

*Constat igitur jam capite,*

Constare ex allatis satis jam arbitror, quod jam dicta, cum purgantia, tum alstantia Remedia, non tantum sanata, verum etiam verissimis

simis medendi Legibus, à summis  
artis Medicæ Proceribus constitu-  
tis, omninò sint adversa; cum non  
tantum venenata, deleteria, sint &  
corrosiva; verum etiam injucunda,  
insuavia & inefficacia.

Dicetur nunc, quòd Remedia, *Propositis  
sequenti.*  
eadem, cum plerumq; sint exotica,  
hoc est, peregrina, vel externa, tum-  
que variis modis corrupta & adulte-  
rata, magno cum detrimento, vel  
potius cum ipsius vitæ periculo, ex-  
hibeantur homini, de quo argu-  
mento sit



CAPUT SECUNDUM.

QVOD,

*Argumenti confirmat, Purgantia & Alterantia*  
Remedia dicta, cum plerumq; sint exotica, hoc  
est, peregrina vel externa, variisq; modis cor-  
rupta & adulterata, tumq; omittantur Lapi-  
des, Mineralia & Metalla, magno cum detri-  
mento, vel potius ipsius vitæ periculo, exhibe-  
antur homini.

H

Hoc

## 66 CAPUT SECUNDUM

**H**oc in capite primum tractandum, quod leve non est, occurrat, nimirum de exoticorum, vel peregrinorum usu, vel potius abusu frequentissimo Remediorum.

Etenim Hermodact. Turpheth. Rhabarb. Costus, Zinziber. Caryphyl. Scammon. Soldon. Cinnam. Calam. Atom. Elater. Miobal. Omnes. Sena, Mechoac. Spic. Ind. Agaricus, Manna, Colocynth. Scbestina, Diptamus Creticus, Bolus Armenus, Terra sigillata, Been utrumque, Spodium, Sanguis Draconis, Cassia lignea, Zedoaria, Crocus, grana Parad. Lapis Judaicus, ossa dactylorum, Lactuca Hispanica, Opium & omnia peregrina sunt.

Taceo, quæ ingrediuntur composita, externa alia infinita, quæ certe omnia ex India, vel etiam ultra columnas Herculis petita, maximo cum ægrotantium detrimento, in usum, quo jure, quæque injuria, trahuntur Medicum.

DEH

H

Quam

Quam præposteram medendi rationem detegero, certè vitæ interest.

Quamvis etenim Parens rerum omnium & Magistra Natura, ut cum C. Plinio S. nat. Hist. lib. 27. cap. 3. loquar, nobis non defuerit, sed potius prospexerit ita, ut nusquam non salutaria disposuerit Remedia homini? In quibus cerè ipsius providentiam satis admirari amplectique non est, teste eodem C. Plin. nat. Hist. lib. 22. cap. 6.

Terra etenim secum ipsa contrahit, plus ne utilitatis, quam voluntatis gigneret? Ex illa enim parva omnia, nec curvo adoranda aratro; nec cura laboranda: sed lese porrigentia ultrò, & si piget, etiam cadentia monstrat, C. Plinio S. eodem teste, nat. Hist. lib. 27. in procem.

Hæc



## 68 CAPUT SECUNDUM

Hæc Medicas effundit herbas, & semper, ut idem Plinius Nat. Hist. lib. 2. cap. 65. refert, parturit homini: Et ne sylvæ quidem, horridiorque naturæ facies, Medicinis carent, eodem Plinio referente, nat. Hist. lib. 24. in proœmio.

Quid multis? Invisis etiam herbis, inesse quoque Remedia intelligimus, quippe cum Medicinas dederit etiam aculeatis; Inde excogitavit aliquas aspectu hispidas, ipso tactu truces, ut cantum, non vocem ipsius fingentis illas rationemque reddentis exaudire videamur; Ne depascat avida quadrupes, nec proceræ manus rapiant, nec neglecta vestigia obterant, nec insidens ales infringat, has muniendo aculeis et hisque armando Remedia, ut tuta ac salva sint; Ita hoc quoque, quod in illis odimus, hominum causa excogitatum est, referente eodem C. Plinio, nat. Hist. lib. 22. cap. 6.

Certè Urtica quid invisius esse potest

*Sylva etiam  
non caret  
Medicinis.*

*Sic invisæ  
herbæ.*

*De hinc pa-  
riatur salu-  
tariū Rem-  
ediū.*

*De Urtica  
hic invisæ.*

potest; at illa plurimis scateret Re- ramen falsum.  
mediis, eodem C. Plinio teste, lib. 22.  
nat. Hist. cap. 13.

Quippe, quadam animalibus et Animalibus etiam nas-  
iam nascuntur Remedia, locupletati scuntur Remedia.  
Naturæ divinitate, ad gerenda præ- Mirandum  
sidia, ut non sit mirari satis inge- Natura ingenium, in dis-  
nium ejus disponentis auxilia, in positione Remediorum.  
genera, in causas, in tempora, ut aliis  
prosit, atque aliis ab horis, diesque  
nullus propè sine præsidii reperia- Nullus dies sine Remedio.  
tur, ut scribit idem C. Plinius, lib. 22.  
nat. Hist. cap. 12.

Imò in rebus damnatis quoque In rebus dam-  
& jam nullis, sunt aliqua Remedia, nata Remedia.  
ut in carbone & cinere, inquit C.  
Plinius, lib. 36. nat. Hist. cap. 27.

Adeo, ut sacra illa rerum omnium Nihil sine op-  
parens Natura, potentia rerum ap- culiore causa  
probante, nihil sine aliqua occul- producta Na-  
tione gignat causa, ut idem C. Pl-  
nius S. lib. 22. nat. Hist. in proemio  
loquitur; Atque ut eadem, nusquam Natura non  
magis, quam in minimis tota sit, quam magis,  
teste eodem C. Plinio S. nat. Hist. lib. quam in ma-  
11. cap. 2. H 3 Quam-

## CAPUT SECONDAUM

Quamvis, inquam, dives illa Na-  
tura rerum; ubique salutaria, idque  
in salutem artis Medicæ maximam  
(quæ nullis unquam civitatibus,  
nullis locis publicis, opulentisve  
hominibus, aut nobilibus, aut prin-  
cipibus, aut potentibus est circums-  
cripta: Sed quæ potius, præ ingenti  
erga genus humanum benivolentia,  
suaque utilitate maxima, ad  
omnes pertinet homines, referen-  
te Galeno, lib. de Remed. parat. fa-  
cil.) effundat Remedia copiosissi-  
ma; atque ita, ut nulla usquam Re-  
mediorum sit inopia, ut loquitur  
Fernelius in Pref. lib. 4. Meth. (non  
enim satis est mirari curam diligen-  
tiamque priscorum: qui, ut Cl. Pli-  
nius S. nat. Hist. lib. 25. cap. 1. loqui-  
tur, omnia scrutati, nihil innotu-  
tum reliquerunt; Nihil illis deinde  
occultatum, quod non prodesse  
posset vellent, qui culmina quo-  
rumque montium inania, & solitudines  
absque omnesq; terræ fibras scrutati  
inve-

*Art. Medicæ  
et salutem*

*omnium ho-  
minum*

*Testimoni-  
um Galeni.*

*Ubi Rem-  
ediorum copia.*

*Antiqui sua  
diligentia  
omnia scrutati.*

*Rerum natu-  
ralium inve-  
stigant*

*et.*

invenire: quid quæq; radix polle-  
ret, ad quos usus herbarum folia  
pertinerent: etiam quadrupedum  
pabulo intacta ad salutis usus ven-  
tentes) sed nostra plerumq; eorū tur-  
pis ignorantia, quod illa, quæ ante  
pedes sunt, non investigemus Remo-  
dia (sedere namq; in iis scholis, audi-  
tione occupatum gratius erat, quàm  
ire per solitudines, & q̄rere herbas,  
plurimas aliis diebus anni, ut cum C. Pli-  
nio S. nat. Hist. lib. 26. cap. 2. loquar)  
mirum tamen, parvulo aliquo invi-  
tata successu, quò procedat cordis  
humani vecordia, ut domesticis ne-  
glectis herbis, utpotè experientia  
cognitis; paratu facilibus, atq; natu-  
ris nostris convenientioribus, non  
tantum schyticam herbam, à mæoti-  
dis paludibus & Euphorbiam, in  
monte Atlante, ultraque columnas  
Herculis: Verum etiam Britanni-  
cam, ex Oceani insulis, extra totius  
positis, atq; Æthiopidem, ab caussis  
fidelibus, are, ut cum C. Plinio S. nat.

Atque huius  
et fœdita  
multa rati-  
quantur non  
cognita.

Phlegma  
negligit  
modis, ut  
pauca  
coram.

72 CAPUT SECUNDUM

Hist. lib. 27. cap. 1. loquat, in nostrum deportemus Germaniam.

*Arabia sic  
atq; India, in  
medio esti-  
mantur.  
Ne vilius vi-  
deatur Me-  
dicina,*

Arabia sic, atque India, in medio  
estimantur, ulcerique parvo. Medi-  
cina, à rubro mari impuratur: tam  
Remedia vera quotidie pauperri-  
mus quisque conitet. Nam si ex  
horto, aut petatur herba, vel fructus  
quærat, nulla artium vilior fiet.  
Ita est profecto, Magnitudo populi  
Romani perdidit ritus, vincondoq;  
victi sumus: Paremus externis, &  
unâ artium Imperatoribus quoque  
imperat, ut refert C. Plinius S. nat.  
Hist. lib. 24. cap. 1.

*Placuit ut,  
non a. par-  
ticipamus.  
despecta.*

Tanta mortalibus suarum rerum  
satietas est, alienarumque aviditas,  
inquit C. Plinius S. nat. Hist. lib. 12  
cap. 18. Certè nos, nec Indicarum,  
Arabicarumque mercium, aut ex-  
terni orbis attingimus Medicinas.

*Non egimus  
illu externu  
Remedia.*

Non placent Remedia tam longè  
nascentia, non nobis gignuntur:  
Imò ne illis quidem, alioquin non  
venderent. Odorum causa, unguen-  
torum

*Thallus vili-  
tatis.*

totumque & deliriarum, si placet,  
etiam superstitionis gratia emanantur:  
Quoniam thure supplicamus & co-  
sto. Salutem quidem sine iis posse  
constare, vel ob id probabimus, ut  
tanto magis sui delirias pudeat, C.  
Plinius inquit, nat. Hist. lib. 22.  
cap. 24.

Verum Remediorum præstantis-  
simorum quamvis sit copia ingens,  
arque ira, ut sapissimè Medicina  
constet parvo: tamen cum minuit  
præsentia famam, neglectis dom-  
esticis, adhibentur & coluntur ex-  
terna.

*Minuit præ-  
sentis fa-  
mam.  
Spernuntur  
domestica, ad-  
hibentur ex-  
terna.*

Ædepol non esset mellis autori-  
tas minor, quàm Laseris, ni ubique  
nasceretur, inquit C. Plinius S. nat.  
Hist. lib. 22. cap. 24.

Sordebat ille suis, de nobilissimo  
illo Apelle. C. Plinius S. Nat. Hist.  
lib. 35. cap. 10. loquitur, ut ple-  
rumque domestica. Quapropter  
neglectis illis domesticis Remediis,  
quæ naturis nostris convenientia &

*Sic suis sorde-  
bat nobilissi-  
mus ille A-  
pelles.*

*Sic sordens  
Remedia no-  
stra licet præ-  
stantissima.*

H 5.      ami-

## 24 CAPUT SEGNNDUM

*Dimethia  
Remedia cur  
gratantiora.*

*Rationes.*

*Propria ali-  
ment a largi-  
tus est Deus,  
cur non etiam  
Remedia.*

*Qui animam  
prospexit, per  
idem non cor-  
pori.*

amica sunt, utpotè, quæ sub eodem  
coeli fuerunt genita themate, tumq;  
certis, quæ spectanda maximè, pos-  
sunt colligi temporibus, atq; debi-  
tis conservari locis, peregrinis & ex-  
oticis illis, quæ, cum sub alieno edu-  
cata fuerunt Sole, indebitisque col-  
lecta temporibus debitoq; non con-  
servata modo, naturis nostris minus  
tuta & amica possint esse, uti Remè-  
diis, certè non caret dementiâ. Ac-  
cedit hoc (quod tamen cogitare et-  
iam longissimè absit) beneficentissi-  
mus ille rerû conditor, Deus, quod  
argueretur invidia; cùm enim ille,  
quæ corpus conservent sanum, ut-  
potè, omnis generis alimenta opti-  
ma, illaque ipsa regioni, quæ suffici-  
ant, sit largitus cuilibet? Quæ causa  
est, quamobrem non regioni etiam  
cuilibet Remedia propria, ad suble-  
vandas humanas misérias, condide-  
rit Deus Opt. ter Max.

Quid? Qui animæ, cur etiam non  
corpori salutare prospexisset Remè-  
dio? Absit.

Quam

Quam deplorandam humani ingenii cæcitatem, in exhibendis illis Remediis peregrinis, tumque variis modis adulteratis & corruptis, cum hinc infinita, in genus humanum, tanquam ex perenni quadam malorum scaturigine redundant incommoditates, dicerem hîc pluribus, ni jamdudum inter alios, nobilissimus ille antè laudatus Symphorianus Campegius, vivis illam depinxisset coloribus: Cujus verba, quæ habentur, lib. I. Cribat. Medic. cap. 4. cum autor, non in omnium sit manibus, hîc audire, præsumpta opera est, quæ in hunc habent modum.

*Symphor.  
Campegii de  
externis Remediis consilia  
et gravia.*

Dicamus jamque de Indicarum ac Aegyptiarum Medicinalium sophisticatione, inquit, quæ tanto ingenio sæpè adsimilata sunt, ut industrios ac sapientes Medicos decipiant: plurimumque conduce-  
ret salutem hominum ac Reipubl. peregrinis omnibus, exoticisque pharmacis,

*Exoticis ad-  
ulterata.*



## 76 CAPUT SECUNDUM

macis, quæ tanto præterea pretio à  
 prædonibus mercatoribus in Rei  
 publ. detrimentum adacta sunt,  
 omnino interdicare, ac Medicos  
 omnes in ordinem cogere, seplasia-  
 riosque adstringere, ac Legem illis  
 præscribere: cuiusmodi olim in  
 urbe Nerò fuisse legitur: quæ in-  
 duntaxat, quæ nosse gignit orbis,  
 pharmacis uti compellantur: cum  
 hæc nostræ cuiusque naturæ conve-  
 niant magis: tam longè recentiora,  
 electiora, minorique periculo, quam  
 peregrina, quodum maxima pars  
 suspecta est, ut quæ sæpiissime sophi-  
 sticata, adulterata, rejeclia, vel in  
 navi suffocata, vel immersa lacum,  
 vetustate corrupta, vel non debito  
 tempore & loco (unde sæpè pluri-  
 mum imminet periculi) collecta  
 sunt. Nam Scammionum omne so-  
 phistieatum est, similiter & terra lu-  
 nna, & fides sigillorum perit, &  
 colochyntida, non matura, & in-  
 gro pingui nata, & sola in arbore  
 reper-

reperta, sanguinem ( ut scribit Arabum Evangelista Mesues ) educit, & interficit, & venenum est pernecans. Similiter Agaricus masculus, niger *Sic Agaricum,* & ponderosus, mortiferus est, & qui antiquus, perniciosus. Jam quæso, quæ necessitas est iis uti peregrinis, si eadem, similiæve, consimilisque efficaciz, nostra terra producit? an, non egregie stultum est; malle ex *Stultum est, petere ex* Aegypto, Arabia, Indiæve petere, *Aegypto, quod habemus domi.* quod domi habemus, existimantes, propriam, neque terram, neque mare sufficere: Patriisque rebus peregrina, frugalibus sumptuosa, ac facile acquisibilibus, difficilia, & ab ipsis usque terræ finibus importata, præferentes.

An sine Scammonio nemo flavam bilem purgare possit, nec pituitam sine colochyntida? An si carcamus Terebynthina, ulcera interiorum, ac exteriorum nemo curabit? *Abq. Scammonio bilem expurgare possumus.* nec capiti quis medebitur, absque moscho & ambra? Si hæc peregrina nostris *Sic de reliquis sentiendum.*

## 78 CAPUT SECUNDUM

nostris corporibus convenirent. Medicamina, proculdubio natura  
 factum esset, quæ omnibus providit  
 abundanter, ut hæc apud nos quo-  
 que nascerentur. Nonne aliquan-  
 do absque illis & salubrius vixerunt  
 patres nostri? Sunt ergo hæc desi-  
 dioforum Arabum Medicorum,  
 qui nostra non inquirunt simplicia,  
 nugamenta, & seplasiariorum ac  
 pharmacopolarum commenta, qui  
 non communem salutem, sed suæ  
 negotiationis compendium quæ-  
 runt, persuadentes nobis, non nisi  
 pretiosa quæque plurimum pro-  
 desse: quibus idcirco impropera-  
 tur per Hieremiam Prophetam:  
 Numquid non est resina in Galaad,  
 aut Medicus, non est ibi? Suis qui-  
 busq; tectis & regionibus, suæ genti,  
 suo climati, suo cœlo, suo seculo,  
 natura herbas producit, atque con-  
 temperamento quædam aliis, atque  
 aliis locis, temporibusque acriores  
 habeant vires, in quolibet tempore  
 & cli-

*illa commen-  
 ta ab Arabi-  
 bus otiosis  
 orta.*

*Falsum est.  
 pretiosa tan-  
 rum prodesse.  
 Hiere, cap. 9.*

& climate, pro suo hominumque *Peregrina*  
temperamento, eadem operantur: *illa sua re-*  
habeant Indi atq; Aegyptii pretiosa *gioni profunt.*  
illa & exotica, nostris plantis majores vires: sed has, non nisi in sui climatis hominibus, quibus creata & producta sunt, putabimus salubres.

Nos verò, qui Indicis ac Arabicis *Non nobis a-*  
pharmacis utimur, alienâ operâ vi- *suntur.*

vimus, alienis pedibus ambulamus, alienis promissis credimus. Quod nisi jam ad finem capitis mea festinaret Oratio, ostendere possem, quàm multa sunt nomina rerum medicatarum, apud Hippocratem, Galenum, Razem, Avicennam, aliosque Medicorum celeberrimos, malè à Neotericis intellecta, pejùs tradita, pessimè usurpata, in quibus *Multa Remedia peregrina apud antiquos Medicos usitata à Neotericis malè intellecta sunt, pejùs tradita.*

cum dispendio vitæ mortalium, recentiores hallucinantur. Et aliud *Quid pro quo? Stercus pro balsamo.*  
pro alio, ut lariceam pro Therebinthina resinam propinantes sæpè dant: Et mortiferam potionem, ut solatrum somniferum pro sativo & hali-

## 80. CAPUT SECUNDUM

halicatabo propinante. Ut in Trifera Persica, libro castigationum nostrarum secundo amplè declaratum est atque ostensum. Hæc summi illius viri, Symphoriani Campegii, de externorum Remediorum abusu pessimo, verba sunt; quæ meritò, ut hinc apparet, ob mala illa, quæ inferunt hominibus, gravissima è Republ. Medica exterminanda sunt.

*Hier. Reusneri  
de externis  
Remediis vi-  
tandis censura  
gravi.*

Eadem de externis Remediis vitandis, est sententia clarissimi illius viri Hier. Reusneri, de Scorb. exerc. 7. sententia, ubi hæc habentur verba: Culpa non caret illa, quæ hodiè multos incescit libido: qui exotica domesticis præferunt. Præterquàm, quòd familiaria omnia nobis sunt, quæ circa nos sunt: ita suspecta magis, quæ procul petita. Unde sapè pro Remedio venenum, pro vita mortem, novitatis poenam luentes, eligimus. Hæc Reusnerus. Adjungit deinde duos locos, quos supra ex C. Plinio S. lib. 22. cap. 24. Et lib. 24. cap.

*Familiaria,  
quæ circa nos  
sunt.  
Suspecta, lon-  
gè petita,*

cap. 1. allegavi. Concludit, postremum hisce verbis Reusnerus: Quare, ne Germaniæ fertili, gravem infligamus securim, in id intendamus nervos: ne peregrinorum illecebris fascinati, domestica amittamus. Reusnerus hætenus.

*Cavendum,  
ne amittatur  
domestica  
fida.  
Hippocrates  
diligentior  
olim.*

Quandò olim diligentior ipse Hippocrates, qui summam in colligendis herbis, adhiberi volebat curam, ut ex illa, Crateus olim quam scripsit, videre licet Epistola.

Quam paternè eandem insinuârit rem Dioscorides, ex relictis ipsius constat scriptis.

Quam sollicitus de eadem fuerit Galenus, ex lib. 1. cap. 2. de Antid. apparet, ubi scribit, quòd illi, qui simplices divendunt Medicinas, usque ad eò callidè illarum qualdam concinnent, ut exercitatissimos etiam quosq; ea in re viros decipiant.

*Sic Galenus*

Quod non tantum perspicuum, est in Cinnamomo, casia, pipere, longo, ut refert Galenus, lib. de Ther.

# 322 CARUT SECUNDUM

ad Pison, cap. 12. sed in aliis etiam infinitis, ut ex Galeni, Dioscoridis, Matthioli, atque aliorum praestantissimorum autorum constat literis.

*Galenus peregrinationes suscepit, ut legitima haberet Remedia,*

Quapropter Galenus ipse, lib. 1. de Antid. cap. 2. refert, Se. Cypri Metallorum adiisse fodinas, ut legitima & non adultera haberet Remedia metallica.

*Navigavit de Lemnum.*

Navigavit quoque Galenus in Insulam Lemnum, quod legitimam Lemniam terram, quam adeo quosdam interpolare noverat, ut veram ab adultera dignoscere nemo posset, haberet cognitam.

Causam Galenus, lib. de Ther. ad Pis. cap. 12. huius rei adiungit gravissimam, verbis hisce: Consulo tamen, inquit, ut cum singulas Medicinas diligenter exploraveris, tum deniq; componas Antidotum. Nam unius alicujus improbitas saepe reliqua omnia corrumpit. Pessime Remedia adulterari, depravari atque corrumpi, idque in perniciem hominum

*Adulterari Remedia peregrina, testatur Galenus.*

minum extremam, refert etiam  
alibi, & præsertim in lib. 3. Diosc.  
comm. excellentissimus ille, Andr.  
Matthiolus, ubi sic loquitur. Cate- *Idem testatur*  
ria adduntur, inquit, hoc tempore, *Matthiolus.*  
in Medicamenta ad cor facientia, &  
in antidota, quæ adversus venena,  
& pestiferos affectus parantur, non  
modo Sapphiri, sed smaragdi, car-  
bunculi, granati, Sardonii, hya-  
cinthi quæ: Tamen præter Medico-  
rum spem, potantes, plerumque fal-  
lant: quod rara admodum sint se-  
plasia: quæ huiusmodi gemmas  
agnoscant, & legitimas habeant.

Caveant itaque Medici, ne de-  
cipiantur. Id enim fiet, si ubi his  
opus fuerit, peritissimos, probare-  
que fides consulerint gemmarios,  
quippe gemmarum rarentia, quæ  
in seplasiis habentur, adulteriis, &  
imposituris non vacant. Adde quod  
plerumq; alterum alterius vice sup-  
ponunt. Putant. n. Chrysopatios, au-  
reo colore nitentes, hyacinthos esse,



## 84 CAPUT SECUNDUM

qui tamen Amethistum colore referunt. Hæc Matthiolus.

*Hic alio loco  
Matthiolus  
refert eandem.*

Fraudem adducit eandem, simulque acculat graviter, idem clarissimus ille Matthiolus, comm. in lib. I. Diosc. verba sunt ejusmodi: Ex quibus satis Medicis omnibus perspicuum est, inquit, non posse quenam, sine certa simplicium medicamentorum cognitione, nec morbis ratione moderari, neque artem rectâ Methodo exercere, nec nisi fortunâ quadam, vel naturæ ipsius sobere ægros sanare. Neque enim ullo pacto eis ad stipulandum censeo (ut Medicorum plerique faciunt, & ii sæpè, qui primas sibi deferri existimant) qui compositis tantum officinarum medicamentis, ipsisque admodum vulgaribus contenti sunt. Nam cum satis sibi fore persuadent scire, Diacatholicum omnes in universum humores deicere, Diacochonium de sacco Rosarum, flavam bilem, Diacnicum, pituitam, Diac-

nam

*Simplicia Remedia prius cognoscenda.*

nam & catapotia, ex caruleo, atram-  
bilem, coccia, caput & cerebrum  
expurgare, sicuti, quæ Lucida nun-  
cupant, oculis, & quæ ex hermoda-  
tylis dicuntur, ac quæ foetidae vo-  
cantur, arthriticis esse peridonea. ni-  
hil ultra requirunt: Quin potius sci-  
re negligunt, è quibus ea simplici-  
bus componantur medicamenta, &  
an iis ex insint vires, quæ suis no-  
minibus pollicentur, an simplicia,  
quibus constant, legitima sint, an  
spuria, sincera, an adulterata, recen-  
tia, an exoleta, sicca, an humore, vel  
siru corrupta, an suo tempore, &  
oportunè decerpta, Sole siccata, an  
umbrâ, an igne, ut sæpius in tempo-  
ris angustia in officinis fieri solet.

*Sciendum  
quæ, nam  
sint adultera-  
ta Remedia  
essent.*

Neque unquam animadvertunt,  
quòd dejectoriis medicamentis,  
quæ nostro ævo parantur ad bilem  
deficiendam, semper Scammonium  
lacte tithymalorum, ac pityusa ad-  
ulteratum, magno ægrotorum de-  
timento immiscent. his verò, quæ

*Quomodo adu-  
lterantur  
Remedia ope-  
raria.*

*Hinc similia  
parantur  
composita.*

I 3 pitui-

## 36 CAPUT SECONDUM

pituitam ducunt, sæpè legitimi Turpeti loco, modò pityufa, modò thapsia, modò pronia radicum cortices imponunt, quæ impostorum mangonio ita Turpetum referunt, ut non seplasiariorum modò, sed etiam Medicorum quorumcunque oculos sæpenumerò fallant, nisi fraus gustu, & legitimi Turpeti scrutinio & collatione deprehēdatur. In catapotis deinde, quæ ex hermodactylis, vocant, ephemerum colchicum, legitimi hermodactyli vice, in foetidis verò cicuræ semen, pro agrestis rutæ semine, quorū utrumque mortiferū est medicamentum, omnes injiciunt. Adde præter hæc, quòd sæpenumerò medicamenta ex iis simplicibus componunt, quæ ætate exoletâ, nihil viribus præstant.

*Sic constat  
Tur ex exole-  
tis Remediis.*

Quò fit, ut penitus evanida, ac invalida reperiantur. Quod etsi quandoque malitia, ac propria artificū impostura fiat; id tamen plerumq; accidit, ex ipsorum, tum incuria, tum etiam

etiam imperitia. Nam pauci, vel potius nulli habentur pharmacopola (eos semper excipio, qui simplicium historias amplexantur) qui supposititiis, ipsisq; innumeris, non utantur simplicibus. Namq; asaro utuntur pro bacchare, cityso pro trifolio, sylvestri loto pro fertula campana, colutea pro sena, acoro adorato calamice vice, cypero pro galanga, hieracio pro soncho, spondylito pro achæto, chōdrilla pro cichorio, agresti lactuca pro intubo, ophioscorodo pro scordio, quibusdam arborū lacrimis pro succino, thapsia pro turpeto, pice pro pissasphako, resina larigna pro abiegna & legitima terebintina, phyllitide pro aspleno, obscuris quibusdam radicib⁹ pro meo, peucedano & costo. Ad hæc casiam pro cinnamomo usurpant, laccam ex brasilio & cocco infectorio confectam pro cancamo, Rhodiū oleastrū pro agollocho, ossa & carnē humanam pro munia, & macim pro macere.

*Quid pro quæ  
Stercus pro  
balsamo.*

Chartam pro papyro, crespinum  
 (sic enim vulgò vocant aculearam  
 quandam plantam) pro oxyacantha,  
 convolvulum sive legem smilacem  
 pro ligustro, agrestium prunorum  
 succum pro acacia, succum verò  
 baccarum ligustri, & periclymeni  
 pro lycio, nuces, quas Arabes vomica  
 cas appellant, pro meteltis, ita voca  
 tis, caneros pro gammaris, ranuncu  
 lum pro caronopo, saponariam vul  
 gò dictam pro struthio, carduum,  
 quem benedictum nominant, pa  
 riterque chamæleonem album pro  
 leucacantha, parthenium pro artem  
 isia, cotulam foetidā appellatam,  
 pro parthenio, canis testiculos (sic  
 enim radices quædam nominantur)  
 pro Satyrio polium, pro chamepi  
 tide paronychiam, & trichomanem  
 pro adianto. Cadmia præterea of  
 ficinis ferè omnibus pompholygem  
 refert, ærugo æris florem, æris squa  
 ma stomomatis (quod chalybem  
 dictū putamus) æris squamam, fan  
 dik,

lix, minium, terra quædam man-  
gonizata, sparagidem, lemniam, sal-  
nitrum, nitrum & aphoronitrum.

Alia denique plura, ac diversa  
simplicia medicamenta sunt, quæ  
utique locorum, apud varias natio-  
nes, hujus vel illius vice, nullâ peni-  
tustratione, indifferenter subjiciun-  
tur ubi tum pravum, tum spurium  
sibi jam diu vendicant usum. Quæ  
ne verbosius rem hanc prosequi vi-  
deamur, silentio prætermittenda  
censemus.

Hæc autem pluribus in  
locis non evenirent, si Medici omnes  
veram & exquisitam simplicium ve-  
ram doctrinam consequerentur,  
quam maximè & jure consequi de-  
berent. Quippe materiæ hujus pe-  
ritiam assecuri, & errorum cogni-  
tione nacti, ne se plasiarii in ejus-  
modi versarentur scandalis, obsta-  
rent: neque eis ulla unquam Medi-  
camenta confici permetterent, nisi  
sibi prius perspectis, cognitis ac pro-  
batissimis simplicibus, quæ in ipsis confi-

*Hæc omnia  
eveniunt in  
Medici im-  
peritia.*

I §

ponen-

ponendis expetuntur. Dent itaque jam operam imperiti, ut hujusce materiæ cognitionem exactè consequantur. Quandoquidem artificii nihil quidem execrabilius ac turpius esse potest, quàm suæ artis subiectum & instrumenta ignorare. Quod sanè unicuique Medico hæc evenire comperimus, qui non modò alienis utitur misturis, sed nec simplicia quidem, nec eorum facultates novit. Proinde scitè à Galeno dictum est, lib. 7. & 8. de comp. Medic. secundum Locos, quòd non poterit is, ex quo ordine ejusdem generis medicamentorum compositum sit, cognoscere, num ex mollissimo, an vehementissimo aut medio, aut alio aliquo inter hunc & alios intermedio, qui singulorū simplicium potestatem exactè antea non percepit. Hactenus quoq; Matthiolus. Eandem, quâ Medicina affligitur miserè, & quasi torquetur graviter, introducit calamitatem hanc, celeberrimè

febri famâ & multo nomine, vir ille  
 Jacobus Theodorus Tabern. in De-  
 dicat, operis sui. Herb. ubi refert,  
 Quod multò esset consultius, majo-  
 rique utilitate cum salute ageretur  
 agrotorum, ubi peregrinis herbis  
 sepositis, domesticis, utpotè com-  
 probatis, certis, familiaribus, tutisq;  
 simplicibus uterentur Medici, ex  
 quibus deinde multifaria possent  
 conficere Remedia.

*Jacobus Th.  
 Tabern. taxat  
 errorem eun-  
 dem gravi-  
 ter.*

*Utendum  
 Remediis do-  
 mesticis, re-  
 jectis externis.*

Quâ eadem etiam de causâ, quem  
 jam adduxi, Tabernam. l.c. inquit:  
 herbar nostrates, radices, semina, flo-  
 res, succi &c. non tam salutaria &  
 virtutibus sint præstantia, quam  
 illa, ex India, Arabia, aliisque re-  
 gionibus longè dissitis, ad nosque  
 adferuntur! Etenim externa illa si  
 viribus fortiora sint nostratibus,  
 non tamen illi, in quo nos vivi-  
 mus, climati, ratione tempera-  
 menti, similia sunt. Si Deus Opt.  
 ter Max. regionibus nostris propria  
 vina, propria frumenta, & alia  
 cor-

*Cui non aequè  
 præstantia  
 nostra, quàm  
 externa?*

*Si alimentis,  
 certe etiam  
 Remediis non  
 hu præferat.  
 Deus.*



## 98. CAPUT SECUNDUM

corpori necessaria, quibus eaducant hanc nostram possimus sustentare vitā, largitus sit abundanter, quamobrem ille ipse Deus beneficentissimus, herbis quoque, radicibus & aliis, quæ in nostro orirentur solo, non prospexisset nobis; atque eadem temperasset ita, quibus saluterum cum maximā, illis ipsis ad conservandam & restituendam sanitatem, uti possemus.

*Qui utuntur  
Remediis illis  
externis, quo-  
tidianis affli-  
guntur mor-  
bis.*

Verum quisque experitur contrarium, simulque quotidiana testatur id experientia, quod illi, qui frequenter peregrinis illis utuntur Remediis, omnium sint infirmissimi, atque simul quotidianis affligantur morbis: Contrā illi, qui peregrinis illis remotis Remediis, domesticis utuntur, minùs sint obnoxii morbis, simulque vitam degant diuturniorem. Similiter hoc quoque experientiā cognovimus verissimum quod Indicarum aliarumque externarum regionū semina, si nostris

inle

*Peregrina  
medicamenta  
transplantan-  
tione.*

Inferantur solo, illa transplantatio-  
ne, aëris & soli ratione, nostris cor-  
poribus efficiantur multò salubrio-  
ra, quàm sint illa, quæ ex illis exter-  
nis locis ad nos advehantur, nata-  
jam, atque adulta. Quæ utilitas solo  
illi & aëri nonnè adscribenda, in  
quo & sub quo nos spiramus & vi-  
vimus? quibus ita temperantur na-  
scentia, ut naturæ nostræ & gratiora,  
& salubriora, quàm illa, reddantur.  
Quapropter experientia ipsa indu-  
ctus sum credere, quòd ex terrâ na-  
scentia, quæ in regione qualibet sub  
proprio aëre & solo proveniunt, in-  
habitoribus ipsis, quàm aliis, salu-  
briora sint & utiliora, atque illorum  
naturis, magis magisque conveni-  
ant. At hæc, consulendum homini-  
bus, ut domesticis suis, & propriis  
utantur Remediis, cum facilius ac-  
quiri possint, quibus necessitas  
obortâ tempestate, quilibet à mor-  
tis periculo suam tueri atq; librare  
possit vitam. Tum majores sumus,  
quos

*Quod asserim  
bendum p. a  
& aëri.*

*Ex terra nos  
sentia, inha-  
bitatoribus  
convenientia*

*Alii insalu-  
bria sunt.*

*Domesticis  
utendum  
Remediis.*

## 94 CAPUT SECUNDUM

*Quod constent  
pretio minori.*

quos vix impendere potest plebes-  
cula, hacce devitentur ratione, cum  
peregrina illa constent longè pretio  
majori, quàm domestica & vulgaria  
hecce Remedia.

*Quod etiam  
sint magis fa-  
miliaria.*

Præterea, plantæ domesticae, &  
alia ex terrâ nascentia, hominibus,  
& præsertim plebi gratiora essent,  
quæ magis delectaretur illis, non  
tantum, quòd minori emerentur  
pretio; verùm etiam, quòd peregri-  
na illa, naturis illorum sæpius ad-  
versa & contraria sint, atque ita, ut  
multi potius moriantur, quàm ut  
acerant Medicum. Quibus si vul-  
garia & domestica illa Medici exhi-  
berent agrotis Remedia, hac ratio-  
ne multi ad pristinum sanitatis per-  
venirent robur. Quæ certè medendi  
ratio Pharmacopœis, non solum  
damni nihil, verùm potius, ut &  
Medicis, commodi adfert mul-  
tum?

*Tabern. cura,  
vit domesticis,  
vulgaribus  
Remediis.*

Quia minori ubi constarent Re-  
media pretio, sæpius illorum expete-  
retur

rerur ab agrotis opera. Quemad-  
 modum ego jam annis quàm pluri-  
 mis Heidelbergæ & alibi, tumque  
 maximè in bellis reipsa expertus  
 sum: qui Theriaca & Mitridatio ex-  
 ceptis, paucissima adhibuerim Re-  
 media composita: Verùm potius in  
 praxi mea notis & domesticis, inter-  
 dum etiam exoticis, at tamen in  
 nostro solo educatis, usus fui plan-  
 tis: quibus majori cum utilitate,  
 fructuque, citiusque & felicius, ad-  
 firmem meum perduxi medendi sco-  
 pum; quàm peregrinis illis Reme-  
 diis. Quâ tamen medendi ratione,  
 nulli obfui Pharmacopœo: Cujus  
 rei & Heidelbergæ, tumque alibi et-  
 iam, mihi exhibebunt testimoni-  
 um, atque fatebuntur, quòd ampliùs  
 hæce ratio, in suas redundârit  
 commodum officinas? Lucrum  
 enim frequens, exiguum licet id  
 fuerit, quàm amplum, quod ra-  
 rum & simul noxium est, deterret-  
 que homines, majorem importat  
 uti.

*Et simplia*

*Rejicit im-  
terna*

*Non obfuit  
Pharmacopœia*

96 CAPUT SECUNDUM

utilitatem. Hæc clarissimi illius  
Montani, de peregrinis Remediis,  
quàm latinè expressi, est sententia.

*Plura testi-  
monia in  
Tabern. ad-  
ducuntur,  
quod demo-  
strat uten-  
dum Remo-  
diis.  
Aquilegia, ut  
& Pimpinella  
adducenda,*

Quam eandem suam sententiam  
idem Tabernem. part. i. sui Herbarii,  
cap. de Aquil. repetit, ubi dicit,  
Quod esset è re Medica, ut Aquile-  
gia etiam in officinis Medicis sumi  
haberet locum; quam obrem id fieri  
debeat, causas allegavit supra.

*Non cedit vi-  
ritum digni-  
tate Mace-  
donica.  
Aquit Deus  
propterea Cir-  
maxis, quod  
Epyro & Ma-  
cedonia Re-  
media conva-  
lescentibus,*

Hinc etiam idem Tabernem. lib.  
cit. cap. de Pimpinella scribit, quod  
hæc virium dignitate non cedit Ma-  
cedonica Pimpinella, nihil quere-  
ferre ait, quod non proveniat in  
Macedonia? Quoniam addit, Deus  
omnipotens non solum Macedoniæ  
& Epyro, verum etiam Europa, ali-  
isque ejusdem regionibus, atq; in-  
ter illas etiam, præcipuè dilecta no-  
stræ Germaniæ, præstantissimis & sa-  
luberrimis prolepit herbis; atq; ita,  
ne nationes externæ ob hoc nobis  
jure ullo possint præperare palmam:  
Verum hac de causa possent nos ac-

cula-

eufare merito, quod tam socordes  
finis calendariographi & recepto-  
rum transcriptores, qui illas her-  
bas, ex regionibus alportamus lon-  
gè diffitis, quas quotidie calcamus  
pedibus: Hec & plura alia afferre Ta-  
bernæ.

*Nos socordes  
sumus soces,  
qui domestica  
non in vesti-  
gatione.*

Cap. de Lascerpitio, h.c. scribit idem  
Tabernæ, quod radix Angelica  
vulnerata rubentem emittat. suc-  
cum, quem commodissime Lascris  
Cyrenæici loco usurpare possumus:  
Libi multo utilius & salutaris esse  
addit, ut cognita, occurrat nota, quàm  
externa, incerta nō tamen sine peri-  
culo talia adhibeantur remedia pere-  
grina, cum vero nos cerceam<sup>9</sup> Lascris  
Cyrenæico, ut probat autor pluri-  
bus, quem Lector hac de re videre  
poterit.

*Radix An-  
gelica soces  
loco Cyrenæici  
usurpanda.*

*Domestici  
utendum.*

*Cerceam Be-  
sere vero Cy-  
renæico.*

Hinc idem Montanus, cap. de  
Quinquefolio refert, quod non ce-  
dat præstantia, imò majoribus id re-  
pererit viribus, in propulsandis affe-  
ctibus, quam ipsam Chinam, atque

*Quinquefo-  
lium com-  
modè loco  
China radice  
usurpari de-  
bet.*

K

bene-

# 98 CAPUT SECUNDUM

beneficio illius effecerit illud, quod per Chinā consequi potuerit nunquam. Scio quoque, idem Tabernæm. cap. 22. part. 1. Herb. Sect. 4. de Termentilla scribit, quod illam, quæ illi nostro oritur solo, eadem præditam cognoverit efficacia, quæ dicitur esse ante dicta radix China, quæ ex China orientalis Indiarum Provincia, Schythiæ atq; Sericaniæ finitima, ad nos deferretur. Taceo Bechen, utrumq; , cuius utriusq; fit mentio in formula secunda Alterantium, atq; contra morbum illum gravissimum, pestem nimirum, exhibetur. Quod tamen utrumque illud, quid sit, non constat apud artifices.

Jam sæpius laudatus Tabernæm. de Charyophyllata memoriam prædit, quod illam, remotâ utriusq; radice Bechen, ad robur inducentium cordi, usurpatis clarissimus ille Turnerus. Quoniam addit, quod illæ radices, non nisi adulterate haberi possint. Quapropter vestigiis insi-

*Bic Termentilla scribit, quod illam, quæ illi nostro oritur solo, eadem præditam cognoverit efficacia, quæ dicitur esse ante dicta radix China, quæ ex China orientalis Indiarum Provincia, Schythiæ atq; Sericaniæ finitima, ad nos deferretur.*

*Bechen utrumq; inest illi est Remedium,*

*Cum illi illius loco usurpatur Charyophyllata.*

*Quia illæ duæ Radices adulterate sunt.*

insistendum esse admonet Turneri,  
si velimus obtinere certum. Hæc  
Montanus.

Johannes Jacobus Weckerns;  
Ant. Spec. ait, quod sit utendum tam  
diu loco Behen albi, radice Pastina-  
æ sylvestris, satyrii, aut Terebinthi  
summitatibus, donec Medicorum  
Florentinorum judicio, de utriusq;  
descriptione vera, reddamus certio-  
res. Pro Behen verò rubro ad con-  
fortationem cordis, summum illum  
Philosophum & Medicum Guiliel-  
mum Turnicum usum fuisse radice  
Termentillæ, cum illud adulteri-  
um & plerumque sit inuile, ubi  
ad nos adferatur, scribit Jacobus  
Theod. Tabernemont. sui. Herb.  
part. 1. Sect. 4. cap. 22. Sic nobis alie-  
næ vivendum fiduciâ, ut loquitur  
Plinius.

*Weckerns  
consuluit, 1600  
Behen albi,  
ut erga ra-  
dicem Pastina-  
æ sylvestris,  
satyrii, aut  
summitates  
Terebinthæ.*

*Loco Behen  
rubri Termentillæ  
usum fuisse  
Turnicum.*

Aequi objicis, fieri non posse, quod  
minus peregrinis illis carere possi-  
mus. Remedium, cum illorum usus, ob  
majorem agendi potestatem, quæ in  
K 2 pere-

*objicis.  
Quid non pos-  
simus per nos  
interrogare.*



## 200 CAPUT SECUNDUM

*Ob morbos  
Chronicos,  
Asth.*

peregrinis viget, in morbis Chroni-  
cis & gravioribus, maximopere sit  
necessarius. Quo errore turpissimo,  
tum demum liberaberis Amice  
optime, ubi non tantum, quæ noster  
gignit orbis, exactè cognoveris, ve-  
rùm etiam artem Chemicam, cujus  
beneficio, ad exaltationes atque po-  
tentiores Remedia deducuntur gra-  
dus, studiosè addidiceris.

*Aromatum  
peregrinorum  
loco domestica  
usurpanda,  
ad condien-  
dos cibos.*

De Aromatum peregrinorum,  
sive exoticorum, quibus etiam con-  
diuntur cibi, usu vel potius abusu  
frequentissimo, sentiendum idem  
est, nisi enim pretiosa ex locis remo-  
tissimis conquesta habeantur, qui-  
bus condiant alimenta, Aromata,  
nihil sapere palato, inveniuntur  
quàm plurimi, qui existiment. Qua-  
si verò nostra Germania tam steri-  
lis, tamque esset infœcunda, quæ ni-  
hil peregrinorum illorum, quibus  
condiri possent cibi, quòd comple-  
re posset locum, in mortalium con-  
ferret salutem.

*Quid nostra  
Germania  
equè producat  
possantia.*

Quid

Quid multis ! Carum usitatus, imò utilitate præstantius esse, quàm ullum Aroma, quod ex Arabia aut India ad nos adferatur, scribit Theodor. Jacob. Tabernæm. part. 1. sui Herb. Sect. 2. cap. 11. Quia hoc non tantum minori constare dicit pretio, sed etiam majorem longè humanis corporibus afferre utilitatem quàm Aromata illa confusa, quæ hinc inde ab imperitis, ociosis & avaris quibusdam nebulonibus, corrupta & adulterata, magnâ circumferuntur copiâ.

*Testimonia  
Tabernæ.  
Carum uti-  
lius quàm est  
India illu-  
tum Aroma.*

*Quia exter-  
na illa adul-  
terantur, nec  
debito colli-  
gantur com-  
pere.*

Idem Tabernæmontanus, de Fœ- niculo refert eadem, part. 1. sui Herb. Sect. 2. cap. 12. ubi Deum precatur immortalem, ut velit excitare Magistratum, qui tales falsarios & nebulones pessimos poenâ afficiat meritis- simâ.

*Sic Fœnicu-  
lum.*

Sic de Apio, lib. cit. Sect. 3. cap. 24. scribit Tabernæmontanus, condu- cere maximè, si Apium, uti & alia domestica & interna; peregrinis illis

*Sic Apium  
Remotis pere-  
grinis, ut an-  
dum domo-  
ficis.*

42 K 3 remo-

## 100 CAPUT SECUNDUM

remotis, utpotè naturis nostris ad-  
 versis, tam in Medicinali, quàm in  
 dietetico adhibeatur usu. Radicem  
 Pimpinellæ usurpari posse, ad con-  
 diendos cibos, loco piperis, scribit  
 Tabernæm. lib. cit. Sect. 3. cap. 23.

*De Pimpinella, loco piperis, ut supra.*

*Obiect. Num igitur omnia externa sunt rejicienda?*

Dices fortè: Ergone externa illa  
 exterminanda censes omnia? Tunè  
 ergo in Deum ingratus, cujus bene-  
 ficio illorum, tam longè locorum  
 intervallo distantium, per homines  
 doctos & diligentes, facultates & vi-  
 res præstantes, magna cum homi-  
 num salute, nobis patefacta sunt?  
 Verùm, non est hæc sententia cordi.  
 Etenim, Dei misericordis beneficio-  
 rum, in hoc, ut & in aliis, quibus  
 perfruimur, immemorem aut obli-  
 tum, me esse credas. nunquam; Ve-  
 rùm potius hoc taxetur & culpetur  
 meritò, quòd neglectis nostris do-  
 mesticis, quæ non tantum, naturis  
 nostris familiariora & tutiora sunt,  
 cum in nostro climate orta sint, de-  
 bitisq; possint colligi temporibus,

*De officiis  
 gerendum.*

EX

ex quibus deinde salutaria conficiuntur Remedia, tumq; minori consistit pretio peregrina illa, ex Arabia, India &c. advecta, quæ non tantum, cum sub alieno cæli themate, *Ratione,* progenita sint, longisq; in locis ad nos advehantur, neq; ullis temporibus colligantur iustis, tumq; fraude hominum variis adulterantur modis, naturis nostris sint adversa, variisq; modis corrupta & adulterata, verum etiam majori consistent pretio, in frequentissimo habeatur usu, ut scribit Tabernæm. l.c. Sect. 3. c. 24.

Quapropter cum æquè præstantia nostra producat & educat Germania, remotis externis, in usum trahamus domestica, ne hacce ratione amplius, muscerdam pro pipere, & risum cum sinapis farinam commistum, loco Zinziberis, magno cum vitæ periculo, devorare cogamur, ut scribit idem Tabern. l.c. Hæc tamen eo non dicuntur omnia, ut antè dixi quoque, quasi nimirum

*Quia æquè præstantia producit Germania.*

*Mustarda pro pipere.*

*Pro Zinzibere risum cum sinapis farinam commistum.*

rum exotica, absq; discrimine usque  
ad orbem ipsum essent releganda  
omnimodò? Verùm pessimus hìc  
taxatur abusus, ubi neglectis dome-  
sticis, sola placent externa. Ex pere-  
grinis illis, si quæ fuerint, quorum  
facultates, non tantùm sunt præ-  
stantes, verùm etiam usu sunt ho-  
minibus reddita consueta & familiaria,  
qualia sunt Cinnamomum, Caryo-  
phylli, & erga Deum cum gratia-  
rum actione, ubi, & quando opus  
fuerit, utamur merito, ut scribit ante  
allegatus Tabernæmontanus, l. c.  
Quapropter ex argumentis jam ad-  
ductis, constat sufficienter, quòd ex  
peregrinorum illorum, & modis va-  
riis adulteratorum & corruptorum  
Remediorum usu, vel potius abusu  
frequentissimo, maxima homini in-  
feratur pestis atque perniciēs.

*Externis etiam, quorum facultates sunt præstantes, & nobis cognita, neq; adulterata sunt, uti pestiferi, iudicio adhibere.*

*Lapides, Mineralia & Metalla hic negligi non caret incommo-*

Lapides, Mineralia & Metalla, hìc  
negligi vel adhiberi rarissimè, certè  
levinon caret incommo-  
dò, si stirpes & plantæ ad morborum,  
pre-

præsertim Mineralium radices ex-  
stirpandas validas, non sufficiant; Si  
stipes & plantæ ad remotissimas  
morborum investigandas non pe-  
netrent mineras, certè Lapides, Mi-  
neralia & Metalla quoque, quæ pu- *liberum di-*  
riori & majori illius, omnis sanatio- *gnitas.*  
nis auctoris, perfusa sunt copia, Bal-  
sami, pietatis & officii memorem, in  
usum advocare decet Medicum.

Quod argumentum urgeretur  
multis, nisi pluribus de hoc primus  
meus egisset Tractatus.

Ingentia quoque in hominem, ex *Capituli Con-*  
peregrinorum, varieque adultera- *clusio.*  
torum illorum Remediorum usu  
frequentissimo, tumque quòd usus  
Lapidum, Mineralium & Metallo-  
rum hic omittatur, quæ redundant  
mala, jam dicta sufficiant.

Quæ jam sæpius dicta venenata, *Sequentis*  
deleterea & corrosiva Remediorum *Propositio.*  
qualitas, illis, quæ adhibentur præ-  
parationibus, quòd non tantum  
K 5 corri-

## 106 CAPUT TERTIUM

corrigatur, verum potius reddatur  
pejor atq; pestilentior, loqueretur jam



## CAPUT TERTIUM.

## PROBAT,

*Quod illis preparationibus, quæ dictis adhibentur  
Remediis, venenata, deleteria, &c. non tan-  
tum non tollatur, qualitas; verum potius pejor  
reddatur atq; pestilentior.*

*Impudens  
et imperiti.  
Illi dejecti,  
sunt si vi-  
des negant.*

**V**ERUM ubi quis impudens est,  
dejectusq; concertatorem com-  
plectitur, ac dejectum se negat: is  
luctæ imperitis similis erit, qui cum  
à luctæ peritis sunt prostrati, dorso  
tangentes terram, jacent supini, tan-  
tum absunt, ut fateantur se dejectos,  
ut etiam à cervicibus eorum pen-  
deant, à quibus sunt prostrati, nec  
eos absolvi sinant, vincere se inte-  
rim autumantes, ut habetur apud  
Galenum, lib. 2. de nat. Facult. cap. 3.  
Et lib. An sanguis in Art. cap. 5.

Salu-

Salutaria, efficacia & jucunda Remedia, legitimamque medendi methodum Amicus meus, cum non tantum ignoret, eandemque contemnat, calumniatur, atque simul apud imperitum & invidum pessime traducat vulgus: verum etiam ipse venenata, deleteria, corrosiva atque naturæ humanæ prorsus inimica & contraria antè dicta defendat atque miseris hominibus propinet remedia, quin sit actor idem, dubium omnino mihi suboritur nullum.

*Sic meus Amicus, qui actor idem, non est dubitans. Calumniatur veram medendi Methodum. Ipsius Remedia sunt venenata, &c.*

Quamvis etenim rerum testimoniis, in primo meo Tractatu allatis, locupletissimis sit convictus abundanter, quod Purgantia & Alterantia, quibus utitur Remedia, quorum supra fuit facta mentio, venenata, deleteria, corrosiva & impura, sint infecta qualitate, fateatur: Tamen ad suum illud excusandum facinus, hacce me quod detineat tergiversatione inani & frivola, omnem movebis lapidem.

*Probatum hoc fuit, in Tractatu priori.*

*Excusatio frivola.*

Fate-



Fateor, dicet, quòd amens sim, si negem. Esto; non tamen id, quod velis, obtinebis? Etenim licet Re-

*Licet sunt  
venenata Re-  
media, pre-  
paratione ta-  
men corrigun-  
tur.*

media, quibus utor, sunt venenata, sunt deleteria, sunt corrosiva, sunt impura, sunt injucunda, sunt inefficacia; eadem tamen confici ita scias, ut tuta, jucunda & efficacia reddantur Remedia, quod si accideret secus, Lege ego Aquilæ tener merito?

*Tenetur Lex  
Aquilæ.*

Etenim, dum ex Plantis, Stirpibus, Animalibus, Lapidibus, Mineralibus & Metallis desumpta Remedia, incisa, contusa & in pulverem redacta, per se, aut in vino, aqua fontana, sero lactis, aliòve liquore, vel etiam Saccharo, vel melle incocta vel excepta, sub pulveris, portionis, Electuarii, pilulæ, vel aliâ quacunque formâ, adjecta quorundam Aromatum copia, exhibentur; pestifera & venenata dicta illorum qualitas ita frangitur & debilitatur, ne ullas possit exercere res;

*Quomodo  
ipsæ prepa-  
rentur Re-  
media.*

res, ut ita qualia tu commendas magnificè, tuta, jucunda & efficacia tecum unà agris exhibeam Remedia.

Atqui, malignam illam dictorum Remediorum qualitatem, non tantum non corrigi, frangi & debilitari, verum potius pejorem longè & iracundiorem multò illà pparatione adhibitâ; atq; Aromatum additione reddi, firmissimis Rerum jam demonstrabitur rationibus: Idque testibus fide dignissimus?

*Resp.*  
Non tantum  
venenum, &  
præsertim in  
purgantibus  
non tollitur,  
verum potius  
redditur pe-  
jus.

Inter quos audiamus primum, ipsum Galenū, qui lib. 3. simp. med. cap. 15. ita scribit: Sic autem non, pauca purgantia Medicamentorū, cum carne mali Citonii exhibita, gustum quidem fallunt, at effectu solo, quid valeant, commonstrant: Dantur verò quædam cum palmulæ carne, alia autem cum myrthis, alia cum mastice, chia, aut alio quopiam eorum, quæ tum grata sunt stomacho, tum astringunt, quò scilicet gustum fallant, simulque stomachum

*Galenus testis  
est.*  
  
*Purgantia  
gustum fal-  
sunt.*

## 110 CAPUT TERTIUM

machum minùs evertant : Verùm  
tamenſi ea, quæ guſtu percipitur,  
qualitate, expurgantia ab aſtringen-  
tibus vincantur, aliâ tamen faculta-  
te ipſa vincunt : Perſapè lingua à  
materiæ victa eſt copiâ : Cæterùm  
actio, pro facultatis viribus ac robo-  
re perficitur. Itaque cùm ſubſtantia  
exigua quidem, ſed validis prædita  
viribus, miſta alteri ſubſtantia plu-  
rimæ eidemq; imbecillæ, in corpus  
intrò pervenit, guſtum quidem fal-  
lit, attamen effectũ, quàm illa, effica-  
ciorem exhibet. Hæc ſententia, ex-  
perientiâ comprobata, Galeni eſt.  
Unde videre licèt, quòd illâ cor-  
rectione, malignę illæ dictorum Re-  
mediorum, non tantùm non corri-  
gantur, verùm potiùs inhibeantur  
illæ qualitates, fallantq; guſtum, at-  
que ita, ut quaſi occultetur aliorum  
additione venenum, quod ubi oc-  
caſionem nanciſcitur, majori atque  
perniciæ vehementiore adoriatur  
atque lædat naturæ vires.

*Quæſtiones  
venenæ  
ſunt, ut effe-  
ctus ſequatur.*

Quam

Quam Galeni sententiam confir-  
mar Avenzoar, Tract. 9. cap. 8. ubi  
sic legitur : Cavere debes omnino,  
ne Medicinam laxativam exhibeas,  
eò quod laxativum, quamvis fuerit  
rectificatum & temperatum, quan-  
tum possibile fuerit : Impossibile ta-  
men est, quin propter acuitatem &  
motum ipsius, non commoveat &  
generet grossitiam, & duritiem, si-  
milem Apostemati.

*Avenzoar  
Galeni confirma-  
mat senten-  
tiam.  
Purgantia  
quamvis cor-  
recta, tamen  
vehementia.*

Quod probari potest in specie, de  
purgantibus omnibus præsertim.

*Quod probari  
potest in spe-  
cie de omnibus  
purgantibus.  
De scammo-  
nio Averroes.*

Etenim de Scammonio, Averro-  
es scribit, lib. 7. cap. circa principi-  
um, de Cura tertiana : Non debe-  
mus, inquit, movere Tertianarium,  
cum Medicinis attractivis, sicut est  
scammonea : Eò, quod rectificando  
eam, quantò plus possumus, sem-  
per membris principalibus indu-  
cit nocumentum, & propter hoc,  
virtutem debilitat : & auget ca-  
liditatem febrilem, & siccitatem.

*Neque gratius  
est, quamvis  
emendatur,*

suam.

De

## 112 CAPUT TERTIUM

De Scammonio etiam inquit Plantius, schol. Fernel. lib. 7. Meth. med. quod calidorum societate exacuatur. Verarrum, sive Helleborus, iis, qui sano sunt corpore, periculosum est: inducit enim convulsionem, teste Hippocrate 4. Aphor. 16. Quæ convulsio lethalis est, ut scribit Hippocrates 5. Aph. 1.

*De Veratro nigro, inducit convulsionem. Quæ lethalis est.*

*De Turpetho, Colocynthide, Hermod. &c. adferri possent eadem, ni temporis habenda esset ratio.*

De Turpetho, Colocynthide, Hermodactylis, Elaterio, &c. adferri possent eadem, ni temporis habenda esset ratio.

*Sanos ladunt illa purgantia insigniter.*

Quid multis? Cur dicit Hippocrates 2. Aphor. 36. Qui inculpata sunt corporis sanitate, dum per medicamenta purgantia repurgantur, citò exolvuntur, & qui pravo utuntur victu.

*Hippocratis testimonium.*

Cur 2. Aphor. 37. dicit Hippocrates: Qui bene habito sunt corpore, ad medicationes molestè habent.

Et cur dixit Hippocrates 7. Aph. 72. Corpora cum quis repurgare velit, fluxibilia reddere oportet.

Cur,

Cur, inquam, dixit Hippocrates *Ex purgante medicamento convulſio, qua lethalis eſt.*  
 7. Aph. 25. Ex medicamento purgantis potione, convulſio lethalis.

Nonne eò ab Hippocrate hæc dicuntur omnia, quòd purgantium incorrigibilem quaſi iſſis ſuis digitis demonſtraret nobis pravitatem, labem, peſtem.

Dicis, fidem adfert magnam, quòd lib. de vict. Rat. in acut. ſtatim poſt purgans epotum, phtiſanam dare jubeat Hippocrates? *Epoto Medicamento purgante, datur juſculum.*

Quòd Hippocrates, lib. 2. de Morbis, poſt ebibitum purgans, lac aſinum, aut ſerum, aut ſuccum quendam alium offerat bibendum. *Autoritate Hippocratiſ.*

Quòd Hippocrates, lib. 2. de Morbis, epoto veratro, ex vino dulci temperato, lenticulæ præbeat decoctum.

Quòd Hippocrates, lib. de Inter. Affect. poſt purgationem ex grano Cnidio, aut Tithymallide, farina coctæ pinguis acetabulum offerat exſorbendum.

L

Qui-

## 114 CAPUT TERTIUM

Quibus certè, & aliis omnibus, incorrigibilem illam purgantium malignitatem infinnat Hippocrates, atque ob oculos collocat omnium; quaq; ratione, ne lædant, sese gerere debeant in exhibendis purgantibus, Medici, admonet salutariter.

*Galenus Hippocrati con-  
firmat sen-  
tentiam,*

Quæ dicta omnia, testimonio suo Galenus approbat evidentissimo, rationemque Libro, Quos purgare &c. reddit clarissimam, ubi hæc habentur verba: Post adsumptam verò purgationem, statim hordei pul-  
culam sorbere utile est, ut Hippocrates inquit. Nam purgans Medi-  
camentum, ut exiguum etiam fue-  
rit, in fundum ventriculi descendat,  
oportet: in descensu, cum gula, &  
quicquid ventriculi gulam excipit,  
non solum Medicamenti qualitate,  
sed etiam substantia inter degluti-  
endum appulsa inficiatur maximepe-  
rè læditur. Quare utile est hordei  
cremorem deinceps sorbere, pro-  
pterea quòd abstergere & inferius  
tra-

*Purgantia  
ventriculum  
lædunt.*

# A P O L O G I E.

BY

statuere potest id, quod transiendo  
se meatibus implicuit, & temperare  
atq; immutare Medicamenti quali-  
tatem, quæ membris insidet. Ob hæc  
igitur Hippocrates jubet, ab assump-  
pta purgatione, ægrotos hordei pul-  
ticularum statim forbere. Hæc Galen<sup>9</sup>.

Eandem hæc suam sententiam  
repetit Galenus, Comm. 2. in Hip-  
pocr. de Vict. Rad. in acutis.

Ex quibus arbitror, omnibus pa-  
tere dilucidè, quòd purgantium ve-  
nenata illa qualitas non tantum non  
corrigitur, aut infringatur; verum  
potius illâ adhibita præparatione,  
atq; Aromatum additione, evadat  
pejor, quæ deinde majori cum co-  
natu suas exerat vires.

Certè causam arguit effectus: Hinc  
quidam in purgatione pertulit la-  
bores, teste Hipp. 5. de Morb. vulg.

*Iam dille  
ægrotorum  
confirmandi  
historia.*

Hinc quidam in purgatione, cum  
ante ipsam purgationem constaret  
mente, deliravit, ut scribit Hippo-  
crates, L. 6.

*Ex purgati-  
bus multi in-  
curvere.*

L.

L. 2

Hinc



2. Hinc quidam sub vesperam epoto  
Medicamento valido, sub ortu So-  
lis mortuus est, atque diutius mor-  
bum sufferre potuisset, nisi vis Me-  
dicamenti obstitisset, teste Hippo-  
crate, l. c.

3. Hinc Eubensis quidam, Medica-  
mento deorsum purgante ebibito,  
diebus trib<sup>9</sup> purgabatur, ac mortuus  
est, ut refert Hippocr. lib. 5. de morb.  
vulgar.

4. Hinc gravidæ cuidam, ubi valens  
datum fuerat purgans, dolor vehe-  
mens alvum inferiorem detinebat,  
quæ à Medicamento exulcerata  
erat, eique statim post stercus, ra-  
mentum subcoriatum ex alvo seces-  
sit; Perpetuò verò succrescebat im-  
becillitas & incontinens corporis ja-  
ctatio, & purgatio, ad quinque he-  
minas profcefferat. Aqua multa af-  
fusa ventri, restitit alvus, aliud quip-  
pe nihil assumere poterat, circa me-  
diam noctem mortua est, referente  
Hippocrate 5. de Morb. vulg.

Quid

Quid confectemur antiqua, cum in manibus habeamus recentia? Atque ut experientia ipsa (quod enim aliud appellem; quodve aliud obtester? quod aliud implorem) rem urgeam? Nonne quidam, assumpto Medicamento purgante, plures, quam nonaginta habuit sedes? Mirum, si vivat.

5.

Novimus alium, qui consilio cuiusdam drachmas aliquot Electuarii Eleſchop, ubi adsumsit, viginti & duas habuit sedes: Verum ita viribus fractus & debilitatus fuit uterque, ut qui dederat idem, nisi viribus languentibus succurisset Remedio, in vivis non esset amplius.

6.

Alius quidam, postquam Confectionis Hamech, decem assumpsisset drachmas, in summo vitæ fuit constitutus periculo.

7.

Quid multis? Ubi rerum testimonia adsunt, non opus est verbis? Etenim altero die, post assumptam potionem purgantem, bonus qui-

8.

L 3

dam

# 118. CAPUT TERTIUM

dam vir ita purgabatur, ut astantes de ipsius vita venirent in dubium. Mirum, cur Servestana cerevisia mereatur culpam? Ni fortè venenum à purgante Medicamento, in corpore relictum, quasi quietum & otiosum, deduxerit in actum. Certè

*Dignissima.  
ut sceleris ar-  
tissimè sua pe-  
ccat arte.*

— — non lex justior ulla est,  
*Quam necis artifices arte perire sua.*

Dictorum, & præsertim, quæ ab imperitis exhibentur, Remediorum, si, esset observatio diligens, omni remoto dubio, innumera haberentur exempla quotidie, & quidem tristia. Quod si factum negaveris, in exhibendis illis Remediis, paululum legitimam excedas dosin, experientiâ ipsâ te convictum senties, atque magno cum tuo damno experieris verum.

*Ubi remedi-  
um Defectus  
purgantis;  
maxima in-  
feratur dosis.*

*Quid nec ve-  
nenum à Medi-  
cina, nec im-  
puri à puro so-  
luto sepa-  
rentur.*

Allatis etiam omnibus, assentitur ratio. Etenim puri ab impuro, veneni à Medicina, cum nulla facta sit separatio, venenatam illam qualita-tem, longâ illâ interveniente fer-  
men-

mentatione, non mitescere, sed collectis viribus, exacerbari potius, atque iracundiores reddi, clarè intelligimus, quæ postea majori potentia in actum erumpat perniciēs.

Atqui instas demum, Venenata, deleteria, & corrosiva illa Remediorum sæpius jam dicta qualitas, si non præparatione, maximè tamen ipsâ tollitur fermentatione. Etenim in componendis Medicamentis danda est opera, ut quod compositum ex multis est, sit fermentatum, aliàs nisi fiat una forma, sequitur maximum dissidium & perturbatio, quæ res facit, ut compositorum omnium fiat una fermentatio, quò deveniatur ad unam formam tertiam, aliàs erit pessima compositio. Nam singulæ quoque Medicinæ diversimodè operabuntur, uti videmus in Theriaca, quæ si non fuerit fermentata, ratione opii, inrigidat, & interdum etiam interficit. Hæc obijcias?

*Obijctio.*

*Venenata tollit fermentationem.*

*Resp.**Fermentari  
nequeunt  
crassa, indur-  
gesta, impura,  
&c. illa Re-  
media,*

Verum persuade; Etenim, in pul-  
veribus, Electuariis, pilulis & simili-  
bus, ubi tam cruda, crassa, impura,  
contraria, diversa, atque etiam ipsi  
igni resistentia corpora, utpotè her-  
bæ, radices, folia, flores, semina, lapi-  
des, mineralia, metalla, & anima-  
ium partes confunduntur; quæ pos-  
sit esse quæso fermentatio? quæ con-  
coctio? quæ alteratio? quæ actio?  
quæ mixtio? Non corporum, sed spi-  
rituum mixtionem esse, actionem  
esse, apud Philosophos receptum  
est: Et quæ vix ignis dissolvit, quo-  
modo à seipsis liquari, dissolvi, pe-  
netrare & agere possint.

*Non corpo-  
rum, sed spiri-  
tuum mixtio-  
nem esse.**Maxima pars  
Remediorum  
offertur, non  
fermentata,*

Demum cum maxima pars dicto-  
rum Remediorum offeratur, non  
fermentata, quâ ratione hîc excusa-  
bitur factum. Fermentatione igitur  
venenatam &c. Remediorum  
qualitatem non tolli, patet ex dictis.

*Conclusio ca-  
pituli præsentis.*

Quapropter constare hinc cuili-  
bet arrirrôr, quòd Remedia illa pur-  
gantia, adhibitâ illâ præparatione,  
mah.

malignam suam qualitatem, non tantum non deponant, verum potius gustum fallant, ut eò majorem corpori inducat perniciem.

Etenim unde labores illi? unde delirium illud? unde mors illa? unde intestinorum exulceratio, & ad heminas quinque illa purgatio? unde, inquam, viginti & nonaginta illæ sedes, & reliquæ, quæ purgationes illas consecuta fuerunt, symptomata gravissima? Nonne Medicamentorum venenati illi, in actum ducti spiritus, ubi partes humani corporis vitalemque illum calorem invaserint, læserint & deleverint, horrenda illa induxerunt mala.

De Alterantibus Remediis judicium esto idem, cum similium ratio eadem, de quibus omnibus capite sequenti agetur pluribus.

Restat error, qui in dictis committitur Remediis, non levis, sed omnium gravissimus, in compositione, vel commistione nimirum, de quo errore fit

L 5

CA-

*Propositio  
Capituli  
sequenti.*



## CAPUT QVARTVM.

QVO,

*Redditur manifestum, quod Nature & Clarissimorum Medicorum legitimis medendi Legibus aduersetur Medicamentorum componendorum vel commiscendorum illa ratio, ubi tam multa, uti ex dictis Remediorum formulis apparet, coacervantur & confunduntur Remedia.*

*In compositione vel mixture hic error committitur crassissimus. Confusum hic Chaos est.*

**Q**VI certè in compositione, uti vulgariter dicitur, vel mixture committitur error, tam est crassus, ut ipsis certè palpari possit manibus, cum ipsis Cimмериis tenebris sit densior? Etenim in dictis Remediorum formulis, nō quinq; , non decem, nō viginti, imò plures, quàm triginta adsunt Remedia simplicia, præter composita, quæ etiam si unà adducantur, immensa certè Remediorum contra unicum expellendum morbum, exorietur Remediorum sylva.

Quæ

Quæ herclè medendi Methodus, *Hæc Methodus me-*  
uti spuria, & quasi quarta, ut dici- *thodus me-*  
tur, luna nata, legitimæ, cum omni- *dendi spuria*  
nò sit adversa, ab agro Medico exu- *est & illegi-*  
let, & quidem meritò. *tima.*

Si naturam & vim in se morbus *Morbus quilibet*  
quisque habeat, & nullus sit, qui *suum proprium habet*  
Remedium aut auxilium respuat, *Remedium.*  
ut sentit Hippocr. lib. de Morb. Sack. *Hippocratis*  
quid causæ est igitur, cur unà cum *testimonium.*  
morbo appropriato Remedio, ad  
unicum affectum propulsandum,  
tàm infinita coacerventur, tàm sim-  
plicia quàm composita Remedia.

Etenim quùm simplex aliquod ex- *Ubi adstet*  
istit Remedium, quod citra ullam *simplex Remedium non*  
corporis & virium offensionem, *utendum*  
morbū depellet prorsus, quia quòd *compositum.*  
omnium illud sit præstantissimum,  
nulla compositio permistione qua-  
renda est, neq; quod simplici effe-  
ris, composito tentandum est, ut lo-  
quitur Fernelius, lib. 4. Meth. cap. 7.

Atqui Remediorum simplicium *Fernelii testi-*  
præstantissimorū ubiq; permagnam *monium.*  
esse *Atqui Re-*  
*mediorum*  
*præstantis-*  
*simorum*



*ubi est ma-  
gna copia.*

esse copiam, probatum fuit ante.  
Quæ legitima, hoc est, Chemica, ubi  
preparata fuerint, arte salutaria quin  
possimus habere Remedia, quis est,  
qui dubitare velit?

*Cur igitur  
tam multa  
hic conacer-  
vantur Re-  
media.*

*Cibus quò sim-  
plicior, eò sa-  
lubrior.*

*Sano, ubi  
multa inge-  
rit fercula,  
morbos, dolo-  
res, mortem,  
&c. dicitur  
testatur Hip-  
pocrates.*

Cur igitur ad unicum expellen-  
dum, inquam, morbum, tam ingens  
Remediorum adducitur numerus.

Quò cibus sit simplicior, eò salu-  
briorem esse, consensus unanims  
Medicorum est. Sanus etenim, ubi  
multa, varia, adversa quæ ingerit fer-  
cula, tormina, dolores & morbos  
sentit gravissimos.

Quia cibos, à natura, qui superari  
nequeunt, dolores, morbos, & mor-  
tem; eos verò, qui à natura supe-  
rantur, alimentum, incrementum  
& sanitatem præstare, testis est Hip-  
pocrates, lib. de med. vet.

*Quid igitur  
exissimemus  
accidere in  
corpore aegroto.*

In ægroto igitur corpusculo, ubi  
morbi insultu, debilitata jacent  
omnia, tanta Remediorum, si offe-  
ratur farrago, quid non existime-  
mus accidere?

Habent

Habent enim nonnulla, certam *Medicamen-  
ta, quàm nisi Medicus longo usu & se simplicia  
experientiâ agnoverit, unius inter- habent inter  
dum permistione, multorum sæpè se repugnan-  
egregias vires obtundet & effectus* *Hinc dissidia.*  
cohibebit, lib. de Curat. Luis Ven.  
cap. 12. teste Fernelio. *Testis est Fer-  
nelius.*

Tametsi enim quædam seorsim  
comperta sint, similes effectus ede-  
re, plerumque tamen tacitis etiam  
quibusdam viribus, omninò dissen-  
tiunt, ut idcirco, si in unam, ean-  
demque compositionem concur-  
rant, non sese juvent atq; corrobo-  
rent, sed contrà perimant atq; per-  
vertant. Non igitur possunt com-  
positionis tacitæ vires, ex simplici-  
um viribus conjici, nisi etiam usu  
compertum sit, ea sibi omninò con-  
sentire. Ut enim non omnia, quæ  
dulci sunt sapore, si concurrant, dul-  
cem, jucundumque saporem profe-  
runt, neque enim Cretici & Poma-  
cii & lactis & mellis (quæ seorsim  
fin-

*Commista in-  
ter se Remo-  
dia, tam van-  
ria sese peri-  
mere.*

## 126 CAPUT QUARTUM

singula palatum juvant) permistorum suavis est, & gratus sapor: Neque omnium, quæ adversus venenum seorsum deprehensa sunt vires habere, permistio atque confusio ratione censeri potest, pristinas aut æquè validas vires retinere. Quod etiam fuerit in singulis, raro deprehenditur in mistis, denique debet compositio etiã observatione comprobari, ut scribit Fernelius, lib. 4. Meth. cap. 8. Ex quibus constat, tam multa coacervari atque confundi Remedia, ipsius mortis non carere periculo.

*Tam ingens  
est Ratio.  
diorum ferro-  
ginem cum  
morte exhibi-  
beri periculo.  
testatur et  
iam Baptista  
Montanus.*

Quam Remediorum, & præsertim purgantium, faraginem ingentem maximo, & quidem ipsius mortis offerri cum discrimine, testatur etiam clarissimus ille Joh. Baptista Montanus, qui part. 3. suæ Med. in hunc scribit modum. Extat præceptum aliud Avicennæ notatu dignissimum, cum sic ait: Medicinam ventris solutionem facientium, de-  
terri-

terrifica est, quæ ex Medicinis com-  
posita est, multæ diversitatis, in tem-  
pore, quo solvendus est venter. Id  
multa Medicorum errata detegit, in  
primisq; monet, cavendam esse fre-  
quentem compositionem Medica-  
mentorum, idq; commodè monet.  
Sunt igitur aliqua dicenda, de ma-  
teria componendi medicamenta,  
licet ampla, & hanc admodum jejunè  
tractaverit Galenus, etiamsi illam  
vehementer extollat. Unde Mesius  
coactus fuit, tractare de ista arte cõ-  
ponendi. Et excusat se ipse in princi-  
pio tantum, quod ne Galenus quidẽ  
ea docuerit, q̃ debuerit: Sed & ipse  
imperfectè satis docet, & fortassis ali-  
cubi etiam falsa tradidit. Hæc Mont.

*Galenus tran-  
savit jejunè  
materiam  
componendo-  
rum Remo-  
diorum.  
Sic Mesius.*

Quam præposteram, corruptam  
& depravatam medendi Metho-  
dum, ab audacibus & indoctis illis  
Empiricis profectam esse, testatur  
Fernelius, loco jam antè citato, hisce  
verbis: Empiricorum, inquit, ve-  
turis mos fuit, in eundem usum &  
esse.

*Hanc præpo-  
steram & cor-  
ruptam me-  
dendi Metho-  
dum, ab im-  
peritis & au-  
dacibus Em-  
piricis profe-  
ctam esse, te-  
statur Fernelius.*

effectum, multa undique simplicia congerere, ut unum saltem ex multis in compositione existeret, affectui curando proprium, & laborantis naturæ consentaneum. Hanc & nunc rationem plerique sectantur, qui neque affectus speciem, neque magnitudinem investigant, neque laborantis naturam, neque Remediorum vires, aut ratione, aut usu compertas habent. Hæc Fernelii verba sunt.

*Qui nec morbi speciem, nec magnitudinem, neque aegroti, aut Remediorum naturam cognoscunt,*

*Consilium contra Empiricam illam medendi Methodum.*

*Fernelii,*

*Simplicium præstantissimorum Remediorum copiam promptu habenda.*

Quodnam igitur, contra illam ab indoctis illis Empiricis introductam spuriam medendi Methodum, consilium; quodnam auxilium? Adducitur hoc, ab excellentissimo illo Fernelio, lib. 4. Meth. cap. 7. ubi hæc habet verba: Optimum igitur, & imprimis conducibile sit, ad unumquemque affectum simplicem, præstantissima simplicia, tanquam Remediorum bases accommodare, & in promptu habere, non gustu modo & ratione, sed experimento quoque,

que, & usu longo comprobata. Hæc Fernelius.

Rationem illorum attulerat paulò antè, ubi dixerat Fernelius. Etenim composito prius est simplex, & certius & exploratius, neque ejus, quod vel optimâ ratione compositum sit, ante experientiam tutus ac certus usus esse potest. Nam multa plerumque nos consentanea putamus, quæ permista tacitis sese viribus, perimunt atque demoliuntur.

Quam præposteram, atque Empiricam planè medendi Methodum, certè nescivit antiquitas. Etenim antiquissimi & præstantissimi Medici illius Hippocratis, ubi legimus scripta, non tantum vulgaribus & cognitis, verum etiam simplicib⁹ & paucis, ad unicum affectum expellendū Remediis illum fuisse usum, atque gravissimos iisdem expulisse morbos, majoraque in morborum curationibus consecutum fuisse, quàm hodierno die nostrates Rece-

*Experientiâ cognoscimus.*

*Ratio.*

*Quia composita Remedia, sapientius sese perimunt.*

*Antiqui Medicis ignota fuit empirica & spuria illa medendi ratio.*

*Uti Hippocrati, qui curavit Remediis simplicibus & vulgaribus.*

M

pto.

*Plura quàm  
duo, tria, qua-  
tuor non com-  
miserunt Re-  
media sim-  
plicia.  
Testatur hoc  
Iacobus Th.  
Tabernaem.*

ptorum transcriptores, magnis, va-  
riis, ignotisque Remediorum suo-  
rum commistionibus atque inex-  
plicabilibus, eorundem decantatis  
compositionibus, efficere unquam,  
clarissimus ille Jac. Th. Tabernaem.  
in præfat. sui Herbarii testatur.

*Sic Galenus  
eandem spu-  
riam medendi  
devitavit ra-  
tionem.*

Eandem etiam medendi rationem  
præposteram devitasse studiosè Ga-  
lenum, relicta ipsius attestantur scri-  
pta; quem unicâ, duab<sup>9</sup>, tribus, qua-  
tuorve herbis, effecisse mira, ipsius  
loquuntur scripta. Ut ità semper,  
magnas magnorum Remediorum  
devitârit studiosè compositiones.

*Devitavit  
compositiones  
illas inexpli-  
cables.  
Testantur hoc  
ipsius scripta.  
Testimonium  
Joh. Baptst.*

Quam sententiam, suo testimo-  
nio approbat locupletissimo, clarif-  
simus ille Joh. Baptista Montanus,  
Veronensis, qui part. 3. suæ Med. hæc  
habet verba: Illud unum etiam at-  
que etiam observandum est, inquit,  
Galenum, etsi fuerit vir, omnium  
sententia, ut ex divinis libris ejus &  
operibus constat, doctissimus, & in  
arte Medica excellentissimus, quem  
& ob

& ob id religioſè ſequimur, raras omninò tamen habere compoſitiones medicamentorũ. Nam ſi omnia ipſius ſcripta ſtudioſè evolverimus, proſectò videbimus, apud eũ vix tres, aut quatuor formulas compoſitorum Remediorum reperiri, quæ ipſam haberent authorem. Adeò ad componendum diverſa minimè inclinabat. Id prudentiæ nimirum, & doctrinæ ejus adſcribendum eſt, ut ego puto, facitque illud, quod didiciſſet, quantum ineſſet difficultatis, in hac arte, vel artificio componendi medicamenta. Quæ res illum impulit, ut antiquorum Medicorum, potius compoſitiones recitaret in ſuis libris, quàm novas ipſe excogitaret. Hæc Montanus.

*Difficultas in componendis Medicamentis. Galenus recitat potius antiquorum compoſitiones.*

Ex quibus videre licet, tanquam immanem atque infeſtam Charybdim ipſam, devitaſſe magnas illas Remediorum compoſitiones Galenum.

M 2

Rati-



*Non possunt  
componi, vel  
miseri inter  
se multa sim-  
plicia Remo-  
dia.*

*Montani te-  
stimonium.*

*Natura qui-  
bus agit, qua-  
tuor habet in-  
strumenta.*

Rationes paulò suprà l. c. addu-  
xerat Montanus gravissimas, contrà  
inexplicabiles illas Remediorum  
compositiones hisce verbis: Natura,  
quæ facit compositiones, quatuor  
habet illas conditiones integras.  
Primò attingit exquisitè finem Na-  
tura, quia dirigitur, sive ab influxu  
coelesti, sive ab illa intelligentia,  
quam Avicenna appellat Colcho-  
deam, sive à virtute formativa, sive  
quoquo modo appellemus istam  
virtutem. Natura igitur, quantum  
in se est, nunquam frustratur suo  
fine, nisi ratione passi, sit aliquod  
impedimentum. Secundò hoc ha-  
bet proprium, quod est intra rem,  
ipsam, quam facit. Nam penetrat  
in singula, ideoque omnia ad finem  
deducit. Artifex autem est extrà,  
ideò solùm foris delineat, ut pictor  
& sculptor. Tertiò, natura habet in-  
strumenta idonea. Habet enim ca-  
lorem agentem, qui quidem calor  
non est calor igneus, ut dicit Aristot-  
eles,

teles, 2. de gener. Animal. Sed est calor  
 correspondens calori stellarum.  
 Nam Sol & homo generant homi-  
 nem. In virtute autem illius calo-  
 ris omnia generantur, unde non  
 immeritò attingit finem intentum,  
 & ideo quæcunque commiscet na-  
 tura, omnia sunt perfecta.

At quis est, qui id imitari possit? *Nemo homi-*  
 Nemo certè, etiamsi cognoscamus *nem imitari*  
 partes, ex quibus hæc fiunt, quia *illam potest.*  
 non habemus instrumenta caloris,  
 quæ habet natura. Ideò ubi habe- *Simplicibus*  
 mus medicinam simplicem com- *potius uten-*  
 modam, non debemus componere, *dum est Re-*  
 quia errare in componendo possu- *medus.*  
 mus. Ideoq; dicit Galenus, in pri-  
 mo de Temp. circa finem, mixtio- *Mixtionem*  
 nem solius Dei & naturæ esse, ut & *solius Dei &*  
 postea addit ibi Galenus. Facere *Naturæ esse,*  
 autem, quod assimiletur naturæ, po- *Galenus dicit,*  
 test quidem fieri, sed non erit vera  
 mixtio, nec nisi quædam appositio, *Appositio-*  
 quia sola natura facit mixtionem, & *nam, non*  
 audivistis rationem, quia natura *mixtionem*  
*molitur* *hoc loco.*

M 3      cogno-

cognoscit, & intra rem habet verum instrumentum, habet partes verè simplices, & ideo sola natura facit mixtionem.

*Ante compositionem Remedium temperatam cognoscendam esse, postatur Galenus.*

Unde Galenus primo ad Glauconem, in principio, item 3. Meth. dicit, quòd si nos volumus, vel aliquod simplex, vel aliquod compositum applicare alicui ægro, oportet illorum exquisitam scire temperaturam & hominis, cui applicamus.

*At illam conjecturam cognoscimus saltem.*

Sed postea addit, quòd hoc solum conjecturam assequi possimus, & in hoc tantum differimus à vulgaribus. Quare in tantum accedemus ad aliquam conjecturam, quæ si comparatur vulgaribus, aliquid est: Si cognitioni naturæ, nihil est. Unde Galenus ait: Si temperaturas cognosceret, crediturum sese Æsculapium esse, & Deum: In hoc igitur maxima difficultas est. Quomodo enim commiscebimus ea, quorum gradum determinatum non cognoscimus.

*Æsculapius & Deus cognoscunt. Ergo impossibile, legitime posse quamquam Remedia componere vel miscere.*

Quo-

Quomodo ad certum gradum deducemus compositionem, si illum gradum non assequimur? Ergo nec finem cognoscemus, nec miscibilia. Primum enim miscibilia sunt composita, unde habemus multas qualitates, quando unâ solùm indigemus. Natura autem habet vera simplicia. Præterea habemus calorem igneum, cuius proprium est, separare heterogenea, quæ tamen unire volumus, id quod facit calor naturalis, cœlesti illi proportionem respondens, & ideò, quæ à nobis componuntur, bona esse non possunt: Istis tamen quandoque utimur, quia est minus malum. At cum id sit difficile, non potest fieri ab arte, quòd habeat aliquam rationem, & non potest fieri perfectè, sed imperfectè. At neque imperfectè fieri potest, nisi ab homine prudentissimo, & qui optimè temperaturas corporum cognoverit, quibus Medicamenta applicantur.

M 4

Opor-

## 136 CAPUT QVARTVM

*Requiritur  
oratio exacta  
Remediorum  
cognitio.*

*Celesti calore  
fermentanda  
Remedia.  
Galeni exem-  
plo.*

Oportet etiam eundem exquisi-  
tissime cognoscere simplicia, ut pos-  
sint pervenire ad hoc, ut fiat bona  
fermentatio, sicut voluit Galenus,  
lib. de Theriaca, quam voluit fer-  
mentari, non per ignem, sed à calore  
coelesti, ideò illam exponit aëri, per  
tres, aut quatuor annos, ideoque &  
cum docet Galenus, componere  
acetum scilliticum, dicit, quod mi-  
sceatur mel cum aceto, & expona-  
tur radiis solaribus, per dies canicu-  
lares, & ideò Dioscorides omnia sua  
olea in Sole fermentabat. Hęc Mon-  
tanus.

*Propter detri-  
mento cum  
maximo, tam  
multa coacer-  
vantur Re-  
media.*

Ex quibus, mente si non caret, ad-  
ductis, non intelligit clarissime qui-  
libet, quod cum difficile, imò in ho-  
minis ferè non sit situm viribus, uti-  
liter, tam infinita coacervari Reme-  
dia; simplicibus potius, & paucis,  
ubi, & quando opus fuerit, uten-  
dum sit Remediis.

*Inferrem il-  
lam medendi  
Methodum.*

Infamem etiam hanc medendi  
Methodum, jamdudum, ante ali-  
quos

quot secula, multarum ille lectio-  
num homo, C. Plinius S. elusit, irri-  
sit atque explosit, uti videre est ex  
lib. 22. nat. Hist. cap. 24. ubi sic legi-  
tur: Non fecit Cerata, Malagmata,  
Emplastra, Collyria, Ansidota, pa-  
rens illa, ac divina rerum artifex. Of-  
ficinarum, imò veriùs avaritiæ com-  
menta sunt. Naturæ quidem opera  
absoluta atque perfecta gignuntur:  
Paucis, ex causa, non ex conjectura,  
rebus adsumptis: Ut succo aliquo,  
sicca temperentur ad meatus: aut  
corpore aliquo humentia ad nexus.  
Scrupulatim quidem colligere ac  
miscere vires, non conjecturæ hu-  
manæ opus, sed impudentiæ est. Nos  
nec Indicarum &c. Hæc sapienter C.  
Plinius S.

Et lib. 24. cap. 1. inquit: Hæc (in-  
telligit simplicia & vulgaria Reme-  
dia) sola naturæ placuerat esse Re-  
media, parata vulgò: Inventu faci-  
lia, sine impendio, ex quibus vivi-  
mus. Postea fraudes hominum & in-  
M s geni-

*jam dudum  
explosit atq;  
irrisit Plinius.  
Verba Plinii.*

*Natura sola  
composuit, ha-  
bet perfecta  
Remedia sim-  
plicia.*

*Impudentia  
opus est, tam  
multa con-  
vare Reme-  
dia.*

*Altera co-  
simoniam  
Plinii.*

*Natura sola  
placuit Re-  
media sim-  
plicia.*

*Fraudes ho-  
minum invo-  
care com-  
pescit illa  
Remedia.*

# 138. CAPUT QUARTUM

*Venalis pro-*  
*mittitur*  
*vita.*

geniorum capturæ officinas inve-  
nere istas : In quibus sua cuique  
venalis promittitur vita. Statim  
compositiones & mixturæ inexpli-  
cables decantantur : Arabia atque  
India, in medio æstimantur : ulce-  
rique parvo &c. Plinius hæcenus.

*Natura opera*  
*perfecta.*

Quid igitur hîc Plinius ? Non Ce-  
rata, inquit, nec Emplastra, nec Col-  
lyria, nec Antidota, parentem illam  
ac divinam rerum Artificem fecisse ;  
cùm ipsius opera absoluta atque  
perfecta gignantur ; Scrupulatim  
igitur colligere ac miscere vires,  
non conjecturæ humanæ opus, sed  
impudentiæ esse statuit.

*Erroris fen-*  
*tem illius alle-*  
*gat Plinius.*  
*Verba Plinii.*

Idem malum inquit, culpat atq;  
taxat, tumque erroris ostendit fon-  
tem C. Plinius S. ubi lib. 25. nat. Hist.  
cap. 2. sic loquitur : Et Juba in Ara-  
bia, herba revocatum ad vitam ho-  
minem tradit. Dixit Democritus,  
credidit Theophrastus, esse herbam,  
cujus contactu illatæ ab alite, quam  
retulimus, exiliret cuneus, à pasto-  
ribus

*Revocatum*  
*à morte quen-*  
*dam herba.*

*Cuneus arboris*  
*adactis exili-*

ribus arbori adactus. Quæ etiam si vit opera her-  
ba cujusdam.  
fide carent, admirationem tamen  
implent, coguntque confiteri, mul-  
tum esse, quod vero superiit; inde  
& plerosque video existimare, nihil Nihil non  
herbarum vi  
effici posse.  
non herbarum vi effici posse. Sed  
plurimum vires esse incognitas.  
Quorum numero fuit Herophilus,  
clarus in medicina, à quo ferunt  
dictum, quasdam etiam fortasse cal-  
catas prodesse. Observatum certè Herba qua-  
dam calcata  
profunt.  
Sic quædam  
nocent.  
est, inflammari vulnera ac morbos,  
superventu eorum, qui pedibus iter  
confecerint.

Hæc erat antiqua Medicina, quæ Illa erat an-  
tiqua Medi-  
cina.  
tota migrabat in Græciæ linguas.  
Sed quare nunc non plures noscun- Iam corrupta  
à Græc.  
Cur tales  
causæ non  
plures cognoscuntur.  
tur causæ: nisi quod eas agrestes, li-  
terarumque ignari experiuntur, ut  
potè qui soli inter illas vivant. Præ-  
terea securitas quærendi obvia, Me-  
dicorum turba.

Multis etiam inventis, nomi- 1.  
na desunt: Sicuti illi, quam retuli- 2.  
mus in frugum cura: scimusq; de-  
fossam



3. fossam in angulis segetis præstare,  
ne quâ vis intret. Turpis causa rari-  
tatis, quod etiam, qui sciunt, de-  
4. monstrare nolunt, tanquam ipsis pa-  
riturum sit, quod tradiderint aliis,  
Accedit ratio inventionis anceps.  
Quippè etiam in repertis aliàs in-  
venit casus, aliàs (ut verè dixerim)  
Deus. Hæc C. Plinius S. Quibus sin-  
gularia hæc & experientia sola co-  
gnita Remedia commendat insigni-  
ter, tumque, cur talia non invenian-  
tur plura, allegat causas.

*Commendant  
hic Plinius,  
experientia  
Remedia  
cognita.*

*In tanta Re-  
mediorum  
congerie, nulla  
potest esse ex-  
periendi fa-  
cultas.*

Verùm in tanta, tamque ingenti  
multorum Remediorum confusio-  
ne & congerie, quæ potest esse ex-  
periendi facultas, ubi certè, cui ad-  
scribendi hæc, vel illa agendi facul-  
tas, omninò sit ignotum.

*Objection.  
Ergo non  
utendum  
tantâ farrage  
Remediorum.  
Resp.  
Minimè.*

Ergonè infer: non statim com-  
positiones & mixturæ inexplicabi-  
les, quibus delectari me confiteor,  
decantentur?

Minimè. Naturæ etenim opera  
perfecta & absoluta esse, antè pro-  
batum

batum fuit, quæ innumerabilia, *Quia Natura composuit.*  
 contra omnium omnes morborum  
 insultus, nobilissima composuit Re-  
 media. Hæc sola Remediorum com-  
 ponendorum tenet artificium, teste *1.*  
 C. Plinio S. Hæc sola omnibus suffi- *2.*  
 cit, lib. de Alim. referente Hippo- *Quia ingens Remediorum simplicium copia. Natura sola sufficit.*  
 crate. Hæc à nemine edocta est, ci- *Natura gignit perfecta simplicia.*  
 traque disciplinam ea, quæ conve- *Theoph. Paracelsi testimonia.*  
 niunt, facit, teste eodem Hippocra-  
 te, lib. 8. de Morb. vulg. Sect. 5. Quæ  
 ita benigna est, ut in minimis etiam  
 tota sit, sicuti inquit C. Plinius.

Verbenam quæso inspicere, Tract. *Ut Verbenam*  
 1. paragr. de Philosoph. ubi hanc  
 quoque depravatam medendi ex-  
 plodit Methodum, inquit, Theo-  
 phrastus Paracelsus, quàm inte-  
 gram, perfectam & absolutam pro-  
 duxerit in lucem ipsa natura, ut sola  
 hæc, absque additione ulla Bursæ *Sola & absq. additione ali-  
 oru. ficit san-  
 guinem.*  
 Pastoris, Barbæ Jovis, aut alterius  
 cujusdam, in sanguinis restrictione,  
 utilitate cum maxima suam possit  
 præstare operam.

Anti-

*Sicetiqua.  
In Metalla,  
Mineralibus  
præstantes  
vires.*

*Nam opus est  
a latione, sed  
fieri præpara-  
tione legi-  
time.*

*Sic & Chémica  
est*

*Ingenium  
exortur Re-  
mediorum  
numerum.*

Antimonium, tartarum, ferrum, argentum, aurum, margaritas confideres precor, quæ integris, præsentibus ac planè nobilibus donata videmus esse viribus; quibus destinatum, urgente rei necessitate, possint suam complere sortem? Nulla hinc opus est additione, vel compositione; Verùm sola deest præparatio, & quidem legitima, hoc est, Chémica; quæ si accesserit, dictaque Remedia illa cruda, in sua fuerint resoluta principia, infinitus præstantissimorum Remediorum exorietur numerus.

*Theophrasti  
Paracelsi  
simonius.*

Etenim perpendas quoque, inquit Theophrastus Paracelsus, lib. de pestil. Tract. i. Metalla. Quamvis enim ex plumbo separatione, hoc est, Chémica arte, extraxeris tal, quod facili potest fieri negotio, aceti vini beneficio. Nihil tamen aliud quam Alumen illud est, cujus ego operâ duos & triginta possum expellere morbos.

*Ex plumbo  
sal.*

*Illud benefi-  
cio Chémica  
arte præpa-  
rati multum  
possunt curare  
morbi.*

Super-

Superfunt mihi adhuc, ex plumbo, Sulphur & Mercurius, quorum unoquoque septem & octoginta possum curare morbos. Similiter sale Absynthii tredecim: Sulphure ejusdem sex, & Mercurio, quem ego liquorem voco Absynthii, plures quam centum & sex morbos gravissimos, magna cum felicitate, dispuli, quamvis hoc unicum sit tantum, simplex. Hæc Theophr. ille Helvet.

*Sal. Sulphur  
& Mercurius  
Absynthii.*

Quam eandem sententiam clarissimus ille Jacobus Theod. Tabernæmontanus, in præfat. sui Herb. quoque adducit, adductamque probat, ubi inter alia refert, quod simplex Remedium in sua possit redigi principia, quæ ad multos deinde possint expellendos adhiberi morbos.

*Sententiam  
Paracelsi approbat Jacob.  
Th. Tabern.*

Quapropter, ut ex allatis patet, si ex unico Remedio simplici, dextrè, hoc est, arte Chemicâ præparato, tam varia & multa contra morbos præparantur Remedia; quid speremus accidere, ubi non unicum, sed

## 144 CAPUT QUARTUM

*Quid igitur  
peremus ac-  
cidere, ubi  
alia plura Re-  
media, arte  
Chemica in  
sua resolvuntur  
Principia.  
Quorum de-  
inde aliquot,  
cum sint spiri-  
tualia, ubi  
opae, commodi  
misceri pos-  
sunt,* sed decem, viginti, triginta, atque  
etiam plura simplicia, in sua arte  
Chemica, seorsum fuerint resoluta  
principia? Infinita certè Remedio-  
rum nobilissimorum sic emerget  
multitudo; quorum duo, tria, qua-  
tuor, vel etiam sex, vel octo, inter se  
mixta, ubi, & quando opus fuerit,  
uti legitima medendi præscribit me-  
thodis, magna mortalium utilitate  
adhiberi possunt.

*Quorsum igitur  
tur opus cru-  
dum illorum  
Remediorum  
tantâ varia-  
tione,* Quorum igitur immensa illa, ad  
morbū unicū expellendum.  
Remediorum congeries, farrago,  
multitudo.

*Quis igitur  
curiam illam  
medendi Me-  
thodum non  
existimet ex-  
terminan-  
dam,* Quæ profectò illa medendi Me-  
thodus, cum sit empirica, cum Ra-  
tioni, cum Experientiæ, cum Hip-  
pocrati, Galeno, atque aliis Medicis  
præstantissimis omninò sit adversa,  
atque contraria, simulque summam  
Reipublicæ medicæ importet per-  
niciem, ex eadem exterminandam,  
quis est, qui non existimet? Allatam  
jam confirmat sententiam, & vani-  
tatem

tatem contra, dictæ medendi: Me-  
rhodi, peste quavis pestilentioris,  
arguit hoc, & quidem merito, quod  
cùm Autores, ad unum omnes cla-  
rissimi, unico simplici Remedio,  
sive illud ex Vegetabilium, Animæ-  
lium, vel etiam Lapidum, Minera-  
lium, aut Metallorum sit ordine,  
non quatuor, aut sex, sed etiam tri-  
ginta, quadraginta, & interdum plu-  
res etiam adscribant facultates;  
Jamque in dictis Remediorum for-  
mulis, triginta, & si æstimentur et-  
iam composita, plura quàm sexa-  
ginta inveniantur Medicamenta,  
simplicia, omnia contra unicum di-  
recta morbum; Quæritur hîc, & qui-  
dem quæritur jure, quot, quales, &  
quàm multæ, in dictis illis compo-  
sitionibus, adsint Remediorum fa-  
cultates? Certè, omni remoto du-  
bio, infinitæ omninò inerunt Re-  
mediorum facultates.

*Quæstio.  
Cum unus  
simplici, mul-  
ta adscriban-  
tur facultates,  
jam quæ-  
ritur, quot in-  
sint, ubi tam  
multa evacer-  
vantur Re-  
media sim-  
plicia.*

*Infinita in-  
erunt in una  
compositione  
Remediorum  
facultates.*

Quas certè compositiones Reme-  
diorum omninò esse inexplicabiles;

N

ut an-

*ut antè ex C. Plinio S. quoque. alla-*  
*rum fuit, vel potius, confusum illud*  
*Ovidii Chaos ipsissimum, quis est,*  
*fat qui hinc non intelligat.*

*Ex quibus, magnam in hominem*  
*redundare perniciem, ipsa dictitat*  
*ratio. Nonnè, quæ ante composi-*  
*tionem putamus consentanea, per-*  
*mixta tacitis sese viribus, perimunt*  
*etque demoliuntur, uti ex Fernelio*  
*probatum fuit antè.*

*Illæ medendi*  
*Methodus*  
*ignorantis est*  
*natura im-*  
*mensæ dotes.*  
*Atq, simul*  
*desperantia.*

Certè illa medendi Methodus,  
 ignorantis immensas Naturæ vires,  
 atque simul desperantis est, qui ex-  
 istimat, si hoc non, illud certè pro-  
 derit atque adjuvabit.

*In methodum*  
*cura paucæ*  
*sufficiunt Re-*  
*media Che-*  
*mica.*

Nonnè, ut paucis rem dicam, uni-  
 cum, vel etiam duo, quatuor, octo,  
 (si symptomata, atque alia, quæ ac-  
 cedere possint, unà flagitent) appro-  
 priata Remedia, Chemicâ præpa-  
 rata arte, inter se mixta, ampla victo-  
 riæ de morbo, Naturæ hoste, id quæ  
 cum laude, quotidie reportant in-  
 signia.

Verum

Verum esto, dicas? Sit Remedium <sup>Objectio.</sup> <sup>Quod opus sit</sup> <sup>in unico expola-</sup> <sup>lando morbo,</sup> <sup>multum Re-</sup> <sup>medie.</sup> <sup>medicorum</sup> <sup>prestantissimorum</sup> <sup>simplicium</sup> <sup>copia</sup> <sup>ubique</sup> <sup>permagna?</sup> Sit in morbo omni curando Remedium unicum, reliquorum instat basis? Sit hæc componendi vel commiscendi Medicamenta ratio, ignota Hippocrati, inusitata Galeno? Quid igitur? Saltuarine usque à me usurpata? Certè, & quidem causis de gravissimis.

Etenim, non tantum in simplicibus, verum etiam in curandis morbis <sup>I.</sup> <sup>In simplicibus</sup> <sup>morbo.</sup> compositis, tanta opus est Remediorum farragine? quod multorum non indiget probatione.

Simplex curandus morbus Remedium requirit quidem simplex <sup>Ubi docet</sup> <sup>simplicem, mor-</sup> <sup>bo, par.</sup> Verum cum illud non semper adsit, componendum est Remedium compositum, cujus vires sint morbo pares. Exempli loco: quum intemperies affligit numeris duobus, à mediocritate distans, si nullum,



## 148 CAPUT QVARTVM

in promptu, Medicamentum sit, ordine secundo, duorum, quæ primi & tertii sint ordinis, pares portiones temperatæ, compositum efficient, ordinis secundi, & depellendo morbo accommodatum. Eadem in detergentibus, attenuantibus &c. permiscendis, ratio est.

Hæc prima est causa; quamobrem medicamentorum numerus augendus sit.

2.

*Ubi Remedium vitiosum est, aut venenatum.*

Causa secunda, ex simplicis medicamenti depromitur vitio, quod aut venenatum, malignum, seu prævum, aut erodens sit, aut imbecillum, pigrum seu ignavum.

*Corrigenda illa venenata qualitas.*

*Ubi Hellebori nigri.*

*Scammonii.*

*Turpethi.*

Si venenatum, malignum, aut erodens fuerit, dictaminum, scordium, & alia, venenatam illam qualitatem corrigentia, addenda erunt: Sic Hellebori nigri malignitas, aniso, dauco, cumino: Scammonii, pestilens qualitas, temperatur atque retunditur, eâ permissione, quam diacrydicor appellant. Sic Turpethi vis

vis pernicioſa, Zinziberis, maſti-  
 chis, olei amygdal. dulcium, & Sac-  
 chari admittitur permiſſione. Sic  
 eadem peſtilens colocynthidos fa-  
 cultas ut tollatur, exactè tunditur,  
 atque diluitur oleo amygdalarum  
 dulcium, addita tragacantha, aut  
 maſtiche, concinnantur paſtilli: Vel  
 coquitur, in jure pingui, aut in alio  
 quodam liquore leniente. Si pi-  
 grum, lignavum, ſeu imbecillum fu-  
 erit, acrioris excitatur permiſſione:  
 Ut Rhabarbarum, ſpica vel cinna-  
 moma: Sena, Zinzibere quoque  
 aut ſalegemmeo: Alöc, ſpica, Xylo-  
 balfamo: Abſynthium cinnamomo.  
 Et quorum vis in craſſiore materia  
 inhaereſcit fixa, ſi altiùs aut longius  
 deducenda eſt, attenuantium, aut  
 acrium adjectione impellitur.

*Si pigrum  
 Medicamen-  
 tum, aut im-  
 becillum.*

Interdum etiam hæc agendi cele-  
 ritas, præparatione comparatur, præ-  
 fertim, tritura & coctione. Sic Aſa-  
 rum, aut piper aut calamentum,  
 diligenter trita, cribroq; tenui creta

*Celeritas com-  
 paratur agen-  
 di Remedia.*

N 2 ſi ex.

## 302 CAPUT QUARTUM

si exhibentur: aut in commodo quodam liquore cocta propinquantur, longius penetrant, validiusque aperiunt atque digerunt.

3. Tertia, cur medicamentorum numerus augeatur, ex affecta partis substantiæ præstantia atque sensus existit causa: Quum enim pars densa, longèque fuerit dissita, ut Renes,

*Dirigenda.*

Uterus, Cerebrum &c. basi quædam, eò quæ penetrant, attenuantia addenda sunt: Quædam, quæ præcipuum medicamentum simplex, hoc est, basis, substantiæ suæ familiaritate eò dirigunt, permiscenda sunt: Ut medicamentis hysteriis, Arthemisia: Spleneticis, Scolopendrium: Hepaticis, Agrimonium: Cardiacis, buglossum: Pulmonicis, hyssopus: Cephalicis Bethonicum.

Nobilis quoque aut exquisiti sensus pars (si basis fuerit, vehementior) aliud quiddam sibi tota substantia familiare misceri postulat, & quod se, suumque robur conservet.

Sin

Sin verò morbus fuerit com-  
positus, composito quoque opus  
erit Remedio? quod ex tot Re-  
mediis sit compositum simplici-  
bus, quos sint morborum simpli-  
cium species, quibus si adduntur,  
quæ vel basin corrigant, vel adju-  
vent, atque reliqua, de quibus dice-  
batur jam antè, commisceantur,  
non parvus simplicium accedat nu-  
merus, necesse est.

Adiæ etiam Medicamentorum  
componendorum causæ adferuntur  
in medium, utpote illæ, quas *utiles*  
Authores vocant, atque iucundas.  
Utilis vocatur, Medicamenti for-  
ma, quâ scimus, quod solida poten-  
tius trahat, liquida verò cõmodius  
penetret atque eluat. Sic in catapo-  
tiorum formam accommodamus  
medicamenta, cum è capite & di-  
stantiis locis potentius trahere;  
in potionem verò, cum ventriculo  
& præcordia expurgare, & in omnia  
penetrare consilium fuerit.

N 4

Con-

## 152 CAPUT QUARTUM

*Consuetudo  
& natura  
proprietatis.*

Consuetudini quoque & singulari proprietati naturæ, quoque conlendum est, cum alii cataportis, alii bolo, alii delectentur portionibus: Alii verò Remedia eadem averlentur penitus. Sic durationis quoque in Remediis habenda ratio est, ut collecta ac deinde præparata Remedia, in longum integris persistant viribus: Hinc quædam pulveris sortiri nomen, alia pilularum, alia trochiscorum, Electuarii alia formam induere Medicamina, omnino necesse est, ut sine impendio, illorum vires diutius conservari possint.

*Jucunditas  
Remediorum.*

Jucunditas quoque reconcilianda est Medicamentis: Horrenda etenim & tristitia, nec sumuntur facile, nec continentur, sed evertunt ventriculum, corpus conturbant, ac plerumque animi defectione vires exolvunt.

*Comparatus  
color, odor  
& sapor.*

Quæ jucunditas, colore, odore & sapore comparatur. Coloris medicamen-

camenti reconciliandi gratia, pur- <sup>Colore.</sup>  
 gans medicamentum, in tenui &  
 puro liquore maceratur: quæ-  
 dam foliis auri integuntur. Sic odo- <sup>Odore.</sup>  
 ris gratia, anisum, daucum, Cinna-  
 momum, caryphyllum, & alia ad-  
 duntur. Saporis verò ut habeatur <sup>Sapori.</sup>  
 ratio, amara medicamenta melle  
 vel Saccharo temperantur. Sic ni-  
 mium dulcia, aceto, succo limo-  
 num, vel aliis succis austeris tempe-  
 rantur. Cathartica verò in vino, vel  
 aqua stillatitia Rosarum, maceran-  
 tur, additis aromatis: Quæ inter-  
 dum quoque ex carniū jure, vel  
 alio adsumuntur juscūlo.

Hæc & alia, quæ possent adduci, <sup>Haec causa</sup>  
 causæ sunt, quæ eò me adigunt, ut <sup>sunt, quæ con-</sup>  
 tam in simplici, quàm curando <sup>geratur Re-</sup>  
 morbo composito, basi Remedii, <sup>mediarum</sup>  
 quædam adjiciam; ex quorum per- <sup>numerus,</sup>  
 missionem, ingentem exoriri necesse  
 est Remediorum simplicium nu-  
 merum.

N 5

Esto

*Responsa  
Sunt elabendi  
rima.*

Esto dicas huc, mi Amice quibus  
omni, remoto dubio, tibi queras  
elabendi rimas.

Queras? Verum invenite ma-  
quam; Quorum, Argumentorum  
vanitates, quibus compositiones &  
mixtiones tuas labores defendere  
inexplicabiles, Amice optime, ut  
intelligantur dilucidè, ad obiecta  
ut respondeatur ordine, tradet ne-  
cessitas.

*Resp. ad pri-  
mum.*

Ac primum quidem, quod affer-  
tur, in intemperie curanda, ubi de-  
fuerit remedium simplex, debere  
componi ex multis quoddam com-  
positum? Quam opinionem uti ya-  
nam, refutari pluribus, quis est, qui  
arbitretur? Etenim supra proba-  
tum fuit multis, quod nullus, qui  
non legitimum suum haberet reme-  
dium, in rerum natura daretur mor-  
bus: tumque quod Remediorum  
simplicium præstantissimorum per-  
magna ubique esset copia.

*Omne mor-  
bum suum ap-  
propriatum  
habet Reme-  
dium.*

*Remediorum  
simplicium  
ubiq, copia  
permagna  
adest.*

*Intemperies  
calida, humi-*

Intemperiem etiã illam calidam,  
humidam.

humidam &c. utpotè morborum, *da, non mor-*  
 vel etiam animatis causas, in rerum *borum cause.*  
 natura statuire, certe caret fide; ut-  
 enaq; ~~omnes~~ in illis totum tunc Me-  
 dicinæ rationis fundamentum, ni-  
 Amice, Quod certe vanum omne.

Quis enim ex verustissimi atq; *Hippocrates*  
 nobilissimi illius Hippocratis ferr- *repudiat illud*  
 ptis, & præsertim, lib. de Med. vet. *fundamen-*  
 non didicit jamdudum, qualitates *tum.*  
 antè dictas, caliditatem, frigidita-  
 tem &c. quibus omnes omnium  
 agendarum actionum naturalium  
 tu adscribis causas, jamdudum à di-  
 cto jam Hippocrate, lib. cit. ad ipsum  
 esse relegate orcum. Ubi Hip- *Verba Hippo-*  
 crates, dicto inquit loco; Frigidum *cratu.*  
 quidem & calidum inter omnes fa-  
 cultates, minimum in corpore pos-  
 se, has ob causas existimo, &c. Hip-  
 pocrates hætenus.

Causam & actionum fontem ad- *Alianum*  
 jungit Hippocrates, l. c. sequenti- *causa & fons,*  
 bus: Nam neq; sicco, neque humi- *Hippocrates.*  
 do, neque calido, neq; frigido, neq;  
 horum



horum quoque, hominem lædi existimârunt (intellige veteres) neque horum aliquo ei opus esse. Sed quod in unoquoque potentius esset, & suprâ humanam naturam, aded, ut ab ea superari non posset, id lædere consueverunt, & tollere conati sunt.

*Hippocrates  
explicat suam  
sententiam.  
Astrones à  
Facultatibus  
potentius oriri.*

Quam eandem suam sententiam, paulò post, hisce explicat Hippocrates verbis: Præter hæc, inquit, quæcunque hominem malè afficiunt, ea omnia ex facultatibus oriuntur. Nonnè Hippocrates hic, non tam suo, quàm priscorum iudicio, & experienciâ confirmatus dicit clarissimè, & morbos, rejectis illis, ut potè invalidis, & planè sterilibus qualitatibus, & morborum medelas, oriri à Facultatibus. Quas illas qualitates, ut corpus umbram, Rerum sequi proprietates, in Tractatu meo primo quoque rationibus convictum est.

*Qualitates  
rerum sunt  
umbra, acci-  
dentia. Vide  
Tract. prim.*

Certè

Certè proprietatum cognitio ve-  
rissima est atq; præstantissima. Quæ  
nos unà reddit scientificos. Diffici-  
les tamen salebrososque aditus ha-  
bens, quasi deserta prætermittitur,  
ut loquitur Fernelius, lib. 2. de caus.  
Rer. abd. cap. 13.

*Proprieta-  
tum dignitas.*

*Fernelii sen-  
sentia illu-  
stru.*

*Omnia à fa-  
cultatibus.*

Hæc, inquam, una proprietatum  
cognitio, res exercet ipsas, reliquæ  
omnes, vix aliud, quàm verba.

Quæ, quum ipse mihi ante ocu-  
los propono, jam ferè ante aëtorum  
laborum me tædet, vehementerque  
pœnitet. Idemque opto, quod Eu-  
ripides, ut res ipsæ cum hominibus  
colloquantur, & se, quales sint, ex-  
plicant, ut procul amendantur arti-  
ficiosi sermones; ut loquitur idem  
Fernelius.

Quod spectat secundum, firmissi-  
mis suprà demonstratum fuit ratio-

*Resp. ad sè-  
cundum.*

nibus, illis præparationibus, vel cor-  
rectionibus, Remediis adhibitis,  
non tantum malignam & eroden-  
tem illam purgantium qualitatem,  
non

*Præparatio-  
nes non tollere  
venenatam  
vim Reme-  
diorum.*

# 159 CAPUT QVARTVM

*Sed peiorem  
reddere.*

*Pigram illu-  
rum vim,  
acriorem per-  
missione, non  
excitari,*

non corrigi; verum potius multò  
peiorem atque iracundiores reddi.

Pigram verò, ignavam atque im-  
becillam eorundem vim acrioris  
permisione excitari posse, nec con-  
stat experientia, nec ulla potest  
comprehendere ratio. Nonne an-  
te, & post fermentationem commi-  
storum Remediorum vires adesse  
præsentes, manere integras, Autho-  
res adfirmant gravissimi: Neque  
corrigi aut debilitari easdem, ex  
effectis atque clarissimorum Medi-  
corum authoritate demonstratum  
fuit suprà.

*Agendi cele-  
ritas non com-  
paratur tri-  
turâ vel co-  
ctione.*

Triturâ etiam vel coctione agen-  
di celeritatem posse comparari de-  
bitam, esse falsissimum; caput se-  
quens, ubi de præparatione agitur,  
testabitur.

3.  
*Directorii  
non opus.*

Causa tertia, Attenuantia, Direc-  
toria, & tota sua substantia, ut lo-  
quuntur Authores, partibus fami-  
liaria adforebat; Verum de hisce;  
quod affirmatur, caret vero.

Etenim

Etenim, ubi chemica habueris Remedia, tuis omnibus respondebunt querelis: Crassa enim imma-  
tura & indigesta Remedia, nullâ  
agendi pollere facultate, antè sæpiùs  
fuit allatum.

De Directoriis quod affirmatur, *Directoria non opus.*  
omnino vero etiam caret, ut in pri-  
mo meo Tractatu tractatum fuit  
pluribus.

Tota sua substantia familiaria, *Tota substantia familiaria.*  
quod attinet, nec illa nimia anxie-  
tate opus; Etenim si morbo appro-  
priata & chemica habueris Reme-  
dia, quæ in omni curando morbo  
legitima præscribit Methodus, quid  
quoque illa, inquam, anxietate  
opus.

Partem quoque exquisiti sensus  
nobilem, ubi basis fuerit Medica-  
menti vehementior, requirere cor-  
roborans Remediũ, hoc quoq; illo  
labascit argumento, quo suprà alla-  
tum fuit, quod nullum Remedium  
ita

*Omne Remedium fit tu-  
tum.*

*Nos ad com-  
positos morbos  
expellendos  
tâto minus  
opus est Re-  
medis.*

ita deberet esse affectum, ut noceret, verum potius, ut esset tutum, & proderet. Neque ad morbos depellendos compositos, tam multa accumulari, cum simplicia, tumque Remedia composita, necessitas adigit ulla.

Detur hoc, adesse in corpore humano quatuor, sex, vel octo morborum diversas species, quæ causa est igitur, ut ex quadraginta (quod est frequentissimum) vel ex centum, imò tot, quot in officina Medica conquiri possunt undiq; Remedia simplicia, præpares Remedium compositum. Certè sunt illæ, ut loquitur Plinius, compositiones tuæ planè inexplicabiles.

*Solida forma  
non trahit  
potentius,*

Postremò, quod annectitur, de forma Remediorum est, ubi dicitur, quòd solida forma trahat potentius, & præsertim ex locis distantioribus, utpotè cerebro &c. Verum quo hoc affirmetur fundamento docti vident omnes. Nonnè quan-  
tita-

titatum nulla est protus efficacia? Nonne virtutem, formā, & c. agendi rei causam esse, supra dictum fuit.

Atqui hoc, non tantum non extrahitur, in pulveribus, Electuariis, pilulis, &c. verum potius magis magisque impeditur; Dum præsertim pilulæ illæ, non tantum succo aliquo conglutinantur, verum etiam, quod majus est, ipso auro tam arcte, ubi illo involvuntur, vel, ut dicitur, deaurantur, compinguntur, ut ferè à nullo, robustissimo licet, ventriculi possint integrè dissolvi calore.

Quæ autem ingentia inde exoriantur mala, dum sic medicamenta detineantur in corpore adsumpta, imensi illi cruciatus, & tormina ventris, ipsis etiam colicis graviora, quæ subsequuntur, attestantur abundanter.

Nonne interdum integras reje-  
ctas fuisse pilulas, tertio, quarto,  
octavo, imò duodecimo etiam die,  
multæ multorum agrotorum con-  
fiten-

*Agendi vi  
non extrahi-  
tur in Reme-  
diis.*

*Uti in pulve-  
ribus, pilulis,  
&c.*

*Pilularum  
spatia propa-  
tatio.*

*Illarum con-  
glutinatio.*

*Non potest  
dissolvere  
ventriculus.  
Ingentia in-  
ferunt mala.*

*Tertio die, in-  
tegras fuisse  
rejeetas pilu-  
las.*

*Auro involu-  
to pilulas, no-  
n est guaritur.*

fiuntur historiz. Auro quoque in-  
volvare pilulas, vel electuaria, quod  
maximum illud afferat homini, cui  
præbentur, periculum, patet ex supe-  
rioribus.

*Membra lon-  
ge diffusa, non  
possunt medica-  
mentorum in  
illa.*

Atqui datur, quod solvantur  
compacta antè dicta Remedia; Ve-  
nim quo auxilio remotissima scan-  
det corporis loca, illa medicamen-  
torum forma, corpore fecibusque  
suis tanquam carcere aliquo inclu-  
sa. Nulla etenim facta est illius com-  
paginis artificiosa dissolutio. Nulla  
adhibita fuit puri ab impuro separa-  
tio; sed solida Medicamentorum  
offertur compages; cortex exhibe-  
tur cum nucleo. Quapropter, in-  
quam, membra longè diffusa, hand  
petet compactissima illa pilularum  
conglobatio, coagmentatio.

*Si non sit  
dissoluta illa  
forma com-  
pagis.*

Videmus igitur hinc, quod solida  
Medicamentorum forma, quæ sit pi-  
lularum est, non tantum non sit effi-  
cax; verum etiam, quod majus est,  
maximè sit pestilens.

For-

Formam liquidam verò remedio-  
rum, esse magis efficacem, quàm so-  
lidam, cum ipsa rei convenit veritas,  
te, uti affirmat quoq; Fernellius, lib. 4. Meth. cap. 14. ubi sic loquitur: Pi-  
lularum drachma una, liquore solu-  
ta, non minùs purgabit, quàm du-  
riorum duæ: Ratio est, quod Cat-  
hartica potio, latius sese diffundat,  
subeatque tenues venas, ad humo-  
res quosvis expurgandos. Quapro-  
pter efficacior quoque est bolo, pi-  
lulis, & quavis solidiore forma. Ha-  
ctenus quoque Fernellius.

*Liquida forma  
magis Remedii  
efficacior est.*

*Fernellii tes-  
timonium.  
Sic Pilula so-  
luta liquore,*

*Potio cathar-  
tica magis  
subit venas,*

In potionem igitur, ut jam audi-  
tum est, coaptata Medicamenta, ma-  
gis omnia subito penetrare mem-  
bra, dubium nullum est.

Verùm, ubi Medicamenta, vel  
acrimoniâ, vel malignitate sunt,  
infecta, qualia sunt non tantùm pur-  
gantia, verùm etiam alterantia tua,  
Amice optime, Remedia, quid non  
accidere putemus? Liquidum tale

*Maligna pur-  
gantia in po-  
tionem co-  
aptata, gra-  
vius laedunt.*

O 2 Medi-



# 164 CAPUT QUARTUM

Medicamentum, inquit Fernelius, lib. citato magis, quàm solidum, partes principes tunc ferit atque vellicat.

*Quia partes  
principes ferit  
a:q. vellicat.*

De consuetudine & naturæ proprietate, quâ videlicet homines quidam Cataportis, alii bolo, potionibus delectentur alii, aut averfentur Remedia eadem, cur fimus solliciti, certè causa planè est nulla. Etenim, cui legitimi, hoc est, Chemici, Remediorum preparandorum cogniti fuerint modi, non cataportiorum, Electuariorum, potionum &c. rigidis & severis illis legibus se obstrictum esse atque obligatum cogitet: Verùm potius, ubi antè dicta haberit Remedia chemica, negotio facili quilibet admittet eadem.

*Remedia chemica admittet quilibet facile.*

*De duratione Remediorum.*

Durationem si spectemus Remediorum; certè Remediis arte preparatis Chemicâ, diuturnitatis quis statuet modum. Quod quæso diuturnitatis tempus poterit illorum tollere vires; Etenim arte Chemicâ, ubi

ubi impurum a puro, venenum à Medicina, cortex à nucleo, utpotè corruptionum authores omnium, fuerint sublata, in multos, dicta Remedia, integris persistere viribus annos, ipsa dictitat ratio, confirmat experientia.

*Remedia chemica in multos perdurant annos.*

*Rationes,*

Atqui Remedia antè dicta, cum illa præparatione destituantur chemica, non tantum illorum vires partim expirare & exhalare, verum etiam partim corrumpi, situmque mucum contrahere, omnino necesse est.

*Amici mei Remedia contrahere mucum, expirare illorum vires, &c.*

Quæ dicta, absque Chemica arte præparata, Remedia vetustate non tantum suas amittere vires: Verum etiam corrumpi & corrupta prorsus evadere lethalia, attestante experientia, refert clarissimus ille Hieron. Mercurialis, lib. 3. prælect. de compos. Med. cap. 25. ubi sic scribit: Veruntamen, inquit, magna diligentia adhibenda est, ne etiam in usum recipiantur Medicamenta, minùs ve-

*Quæ corrupta Remedia evadere lethalia. Mercurialis testatur.*

O 3

tusta:

## 166 CAPUT QVARTVM

tusta: Ubi inveterascunt-nimium,  
non modò facultates amittunt, ve-  
rùm etiam interdum lethalia eva-  
duat, scilicet, cum temporis longi-  
tudine corrumpantur. Hactenus  
Mercurialis.

*Jucunda de-  
bent esse Re-  
media.  
Tales sunt  
Chrysopa.*

Secundò, quod adfertur de Ju-  
cunditate, quòd nempe Remedia  
debeant esse jucunda, id non tan-  
tùm non approbandum, verùm po-  
tius summis est evehendum laudi-  
bus, ut suprà, & præsertim in Tracta-  
tu primo fuit allatum.

*Non talia  
sunt illa.*

Verùm id munus dictis, Amici  
mei, præparationibus, nec effici, nec  
præstari possè, quoque probatum  
fuit.

*Jucunditas  
comparatur  
colore.*

Jucunditatem illam, colore, odo-  
re & sapore quoque comparari af-  
firmabatur. Et quidem colore, ubi  
purgans in liquore maceraretur.  
Verùm Infusionem, spiritum atque  
illegitimum esse præparandi mo-  
dum, sequenti dicitur capite.

*Infusionis be-  
nefactio.  
Infusio spiritus  
est præpa-  
ratio.*

• Foliis auri integere Remedia,  
quòd

quod magnum adferat periculum,  
dicetur quoque infra.

Odore comparari illam, aroma- *Sic aroma-*  
tum additione, etiam legitimæ præ- *tum addi-*  
parandi adversatur Methodo: Cùm *tione.*  
cruda illa aromata, magis impedi- *Magis nocet,*  
ant, quàm promoveant reliquorum *quàm prodest.*  
actionem.

Saporem denique Sacchari vel *Sic additio*  
mellis additione acquiri eundem *Sacchari &*  
quod affirmatur, etiam periculo *Mellis.*  
non caret: Etenim Sacchari & ve-  
nenositas mellis, antè allegata est.

Venenatam igitur deleteriam, *Verum illud*  
corrosivam &c. Remedium, & *venenatum*  
præsertim purgantium illam quali- *contingit*  
tatem, preparationibus illis adhibi- *culatam*  
tis, non tantum non tolli, verum po- *Contingit*  
rius reddi peiores, & viracundias *ritu præsentis.*  
rem, demonstrant: hactenus ad-

huc. Preparationes easdem ibi  
legitimas planè esse, & in-

artificiales, ostendit

jam

Q 4 CA.



## CAPUT QUINTUM.

## QVOD

*Inartificiales & illegitimæ planè sint, jam dicto-  
rum Remediorum præparationes.*

*Præparatio-  
nes esse inar-  
tificiales.*

**I**NARTIFICIALES & illegiti-  
mas planè, dictorum Remedio-  
rum, mei Amici, esse præparationes,  
doceri multis, haud duco necessa-  
rium; cum illorum pleraq; occur-  
rerint suprâ, tumque sua spontè, ut  
falsa alia, labantur cadantq; omnia.  
*Res essentiam* Verùm ut ut se res habeat, essentiam,  
*esse illud, quod* virtutem, vel spiritum naturalem,  
*morbum ex-* ut aliarum actionum rerum natura-  
*pellit, & mem-* lium omnium, sic quoque sanitatis,  
*bra conservat.* cum conservandæ, tumque restitu-  
endæ esse authorem, in Tractatu  
meo primo demonstratum fuit a-  
tionibus.

*Alienum illi  
author, inte-  
grè separan-  
duo utro Cho-  
mici.*

Quem actionum authorem, &  
debere & posse, ex rebus naturali-  
bus, ex quibus desumuntur Reme-  
dia,

dia, integrè fecerni atque separari arte Chemicâ, ibique quoque rationibus stabilitum fuit.

Separandi autem illius spiritus a partibus crassioribus, docere modum, huius loci non est.

Atqui, non tantum non extrahi; *Atqui cor-  
rumpi illum  
in Amici  
mei præpara-  
tionibus de-  
monstrabitur.*  
verum potius suffocari, corrumpi,  
atque extinguere penitus illum, in di-  
ctis præparationum modis, saltem  
demonstrasse jam sufficiat.

Enim Alchemia, definitur ars *Alchemia  
quid.*  
perficiendi magisteria, & essentias  
puras, è mixtis, separato corpore, ex-  
trahendi. Cujus partes duæ sunt,  
Encheria & Chymia.

Encheria agit de Operationum *Partes, En-  
cheria &  
Chymia.*  
modis, cui parti inserviunt Ergalia  
& Pyronomia.

Ad Ergalia spectant Vasa & Sup- *Ergalia.*  
pellex numularia.

Vasa sunt Connexacula & For- *Vasa.*  
naces; illa, pro varia intentione ami-  
fici, ex varia construntur materia,  
atque variâ effinguntur formâ. Sic

O s quo-

770: CAPUT QUINTUM

quoque hæ, pro vario artificis scopo, variâ effinguntur formâ,

*Suppellex tumul-  
tuaria.*

Suppellex quoque tumul-  
tuaria,  
est innumera. Ubi colatoria excel-  
lunt & filtra, & quæ huc spectant  
plura, qualia sunt gryphæ, canales  
refrigeratorii; Sic folles, ventilabra,  
pistilla, mortaria lignea, lapidea &  
metallica, & reliqua.

*Pyronomia.*

Pyronomix etiam usus hîc illu-  
stris, est, quam nisi artifex moderari  
sciverit, operam perdet atq; oleum.  
Varii sunt gradus hîc caloris, qui  
pro varietate materiæ elaboranda  
differunt.

*Ignis gradus  
varii.*

*Encheria par-*

Encheria consistit Elaboratione &  
Ematatione.

*Propagatio  
coactiva.*

Inseruit hîc propagatio coactiva,  
Quæ est mundificatio, quæ refert  
sordibus & corruptis, aut parum vi-  
rium habentibus, repurgamus, ut  
quoddam præstantissimum test, admit-  
tatur.

*Fractio.  
Concisio,  
Tritio.*

Est & hæc fractio, concisio, tritio,  
molitio, limatura, dilatio per mal-  
leum.

leum: Est elixario, infusio, coctio, *Molatio, li-*  
 ustio, tostio, ignitio, ignitorum ex- *matura,*  
 tinctio, ~~infusio~~ in umbra, vel ad *Elixatio,*  
 Solem, vel intra chartas &c. Est & *Infusio, De-*  
 aspersio, refrigeratio, subactio, com- *coctio,*  
 mistio, lotio, infumatio, illitus, ex-  
 politio; ~~transfusio~~, excretio per cri-  
 brum, versio, obliquatio, correctio  
 & similes ~~multae~~ multae. Huius loci  
 quoque est electio temporum & re- *Electio tem-*  
 gionum naturae, ut quodque che- *poru,*  
 micé ~~tractandum~~ eligatur, tunc  
 temporis ~~tractus~~, ex eaq; regione,  
 qua ~~maior~~ optimum, estque in  
 vigore summo.

Elaboratio est solutio, aut Coa- *Elaboratio,*  
 dunatio.

Solutio est liquatio, & segrega- *Solutio,*  
 tio.

Liquatio est fusio, aut deliquium. *Liquatio.*

Deliquium est duplex, vapore- *Deliquium,*  
 sum & embapticum.

Segregatio quoque duplex est, *Segregatio,*  
 distractio & extractio.

Distra-



*Distractio.* Distractio duplex est, Separatio & Calcinatio.

*Separatio.* Separatio illa fit per Abstractionem vel Abscessum.

*Abstractio.* Abstractio illa est Ablutio vel Subductio.

*Subductio.* Subductio est filtratio & clepsydria.

*Separatio.* Separatio per abscessum quoque est duplex, Discessus & Dilutio.

*Discessus.* Discessus perficitur aspiratione & resolutione commistorum.

*Resolutio.* Resolutio commistorum est opera præstantissima, cujus auxilio ad essentiam rei fit aditus.

*Opera præstantissima.* Resolutio est putrefactio, & resolutio per medicinam.

*Dupl.* *Calcinatio.* Calcinatio est reverberatio aut Alcolismus.

*Reverberatoria.* Calcinatio reverberatoria, est vel specialiter dicta, & cinefactio.

*Cinefactio.* Sic Alcolismus, est comminutio vel corrosio.

*Alcolismus.* *Comminutio.* Comminutio est lævigatio & granulatio.

Cor-

Corrosiones nobiliores fiunt per *Corrosiones*  
 Amalgamationem, Fumigationem, *quibus sanis.*  
 Præcipitationem, Emplastrationem  
 & Stratificationem.

Sic extractio est expressio & pro- *Extractio.*  
 lectatio.

Prolectatio est sublimatio & de- *Prolectatio.*  
 stillatio.

Sublimatio est Eparsis & Epipo- *Sublimatio.*  
 lasis.

Destillatio, alia fit per ascensum: *Destillatio.*  
 alia per descensum: Illa fit per alem- *Dupl.*  
 bicum, vel declinationem.

Hæc quoque descensio est & de-  
 sudatio.

Coadunatio quoque est compo- *Coadunatio.*  
 sitio & coagulatio: Illa est mistio &  
 conglutinatio.

Cujus species sunt inceratio &  
 incorporatio, Colliquatio & Con-  
 fusio.

Conglutinatio fit segregatione *Conglutina-*  
 & comprehensione. *tio.*

Exaltatio quoque duplex est, Ma- *Exaltatio.*  
 turatio & Gradatio.

Matu-

# 174 CAPUT QUINTUM

*Maturatio.  
Species.*

Maturatio quadruplex est: Digestio & Circulatio: Fermentatio & Projectio.

*Gradatio.  
Species.*

In Gradationis officio, excellunt Cementatio, Fulminatio, Extinctio & Coloritium.

Cementatio, est simplex vel mixta: & forma pulveris, vel pastæ.

*Alchemia  
pars secunda.*

Pars Alchemiæ altera, est Chymia, quæ agit de speciebus conficiendis Chymicis.

*Species Chymica quid.*

Per speciem Chemicam tropo intelligi hîc, rei naturalis essentiam, sciendum est, cui omnium agenda-  
rum actionum adscribuntur causa.

Conficitur illa jam dicta essentia, operationum beneficio Alchemiæ, in Enchirisi expositarum. Idque & prior pars Alchemiæ, huius gratia inventa est, in qua inde sumpti, modi, peculiariter adhibentur ad opus Chymicum perficiendum.

*Est simplex  
& composita.*

Species Chymica est duplex, Simplex & Composita.

Sim-

**Simplex, est Magisterium, & Extractum.**

*Simplex, & Magisterium, est qualitas, vel substantia.*

**Magisterium aliud est qualitatis, aliud substantiae.**

**Illud perficitur secundum occultas qualitates, ubi excellunt Magnetismi & manifestas.**

*Magnetismi.*

**Magisterium qualitatis manifestae est totuplex, quotuplicia sensilia, circa quae exaltanda, Chemicus in rebus occupatur.**

*Species Magisterii manifestae qualitatis.*

**Quaedam tamen propius spectant materiae corpus, quaedam sunt formalia.**

*Magisteria, materialia & formalia.*

**Magisterium substantiae, est in Genesi & Catalysi.**

*Magist. in Genesi & Catalysi.*

**In Genesi, est Transmutationis, Compositionis & Repurgationis.**

**Catalysis fit dupliciter: aut enim repurgatio fit substantiae, aut separatio. Estque in Elementum & Principium.**

*In Catalysi. Magisterium, est in Elementa & principia.*

**Magisterium Elementorum, est cum mista in sua resolvuntur Elementa.**

*Elementarium.*

**Ele-**

## 176 CAPUT QUINTUM

*Elementa hic  
duplicita.*

Elementa hîc artis sunt duplicia,  
Succorum & Substantiæ.

*Principio-  
rum.*

Magisterium principiorum est,  
cùm compositum in principia re-  
solvitur denuò.

*Principia re-  
solvuntur omnia  
tria sunt.*

Principia illa, ex quibus omnia  
componuntur corpora, & in quæ  
resolvuntur omnia naturalia corpo-  
ra, tria sunt, nimirum Mercurius,  
qui & Liquor dicitur, Sulphur &  
Sal. Inter quæ Mercurius, spiritus;  
Sulphur animæ; & Sal corporis ra-  
tionem obtinet, arcana, & planè ad-  
miranda Naturæ analogia. Magiste-  
rium fuit: Extractum sequitur.

*Mercurius;  
Sulphur &  
Sal.*

*Extractum  
quid.*

Extractum est, quod è corporea  
concretionè, relictâ crassitie ele-  
mentari, extrahitur.

*Est Ens pri-  
mum & Es-  
sentia.*

Extractum, est Ens primum &  
Essentia.

*Mysterium.*

Essentia, est Succus & Mysterium.  
Mysterium, est quinta Essentia &  
Arcanum specificum.

*Arcanum  
specificum.*

Arcanum specificum, unum for-  
malius

alius est, quod Astrale: Alterum materiale dicitur.

Astrale, est Tinctura & Oleum.

*Astrale est,*

Tinctura, est Aperta & Producta.

*Tinctura*

*quid.*

Oleum vel Sulphur, est destillatum vel secretum.

*Quadruplex,*

*Sulphur vel*

*Oleum.*

*Materialis,*

*est aqua stilla-*

*latitia.*

Arcanum materiale, est Aqua stillataria & coagulum specificum.

Aqua stillataria, est aqua solvens, & stillataria simpliciter.

Aqua solvens, est Spiritus & aqua fortis.

*Quo aqua*

*solvens.*

Coagulum specificum est duplex: Lapillus & Bolus.

*Coagulum*

*specificum.*

Lapillus, est Alkali & Glaciocumbi & Crystalli & Vitriolum.

*Lapillus est*

*& Bolus.*

Bolus est Flos & Turbithum.

*Bolus est Flos*

*& Turbithum.*

Species Chymica composita, est Elixir & Clissus.

*Species Chy-*

*mica com-*

*posita.*

Hisc ita, tota constituitur Alchemia.

*Est Elixir*

*& Clissus.*

*Hisc ita, com-*

*stituitur Al-*

*chemia.*

Qua generaliter, & quasi rudi Minerva, ex illa, quam excellentissimus & clarissimus Libavius, nervosè logicis Legibus in formam

*Qua omnia*

*adducta sunt*

*ex clarissimi*

*illius Libavii*

P

artis

## 178 CAPUT QUINTUM

*Alchemia,  
quam excel-  
lentissimus*

artis cōegit eminentissimam, ad-  
duxi Alchemiā.

*Græcè  
vissimus  
Libavius ner-  
vose logicis  
Logibus in  
formam artu  
cōegit emi-  
nentissimam.*

Cujus primæ Alchemiæ, nobilis  
illa pars, Encheria, omnes suos cō-  
dirigit nervos, ut antè dicta, separa-  
to corpore, abjecto Veneno, remo-  
tisque impuris, ingratis atq; inutili-  
bus qualitatibus, integrè separaretur  
Essentia.

*Scopus illa-  
rum opera-  
tionum.  
Disti jam  
modi sunt le-  
gitime cla-  
ves, quibus fit  
aditus ad rei  
essentiam.  
Quia reser-  
vur Medica-  
mentorum  
compages.*

Hi, inquam, in prima Alchemiæ  
parte, expositi artificiales operatio-  
num modi, legitimæ & genuinæ cla-  
ves sunt, quibus Naturæ reserantur  
fores, ut ad nobilem dictam illam  
materiam, omnis sanitatis autorem,  
patefiat aditus artificibus. Harum  
etenim beneficio, plantæ, animalia,  
lapides, mineralia & metalla, duris-  
sima, densissima, atq; igni etiam ipsi  
resistentia corpora domari possunt,  
atq; ita, ut fixa fiant volatilia, in pul-  
verem vertantur alia planè inpalpa-  
bilem, auras in tenues evanescant  
illa, atq; in aquam alia abeant lim-  
pidam, uti regius ille Propheta in-

*Psal.*

*Fixa fiant  
volatilia.*

Psalmus inquit: Eduxit aquam de  
petra, & oleum de saxo durissimo.

Et certè, nisi quodlibet vertatur in  
aquam, nullatenus perveniet ad  
perfectiōē, clarissim⁹ ille Penotus,  
ex antiquissimis refert Philosophis.

Harum, inquam, operationum  
beneficio, res naturales ad usum me-  
dicū utiles, in sua resolvuntur prin-  
cipia, separatur purum ab impuro,  
medicina à veneno, nucleus à cor-  
tice; quò fit, ut tuta, jucūda & effica-  
cia Medicis possit habere Remedia.

Qui certè legitimi atq; artificia-  
les Remediorum preparandorum  
modi, Naturam imitantur ipsam,  
cū rem naturalem quamlibet, in  
eadem, ex quibus composita fuit, re-  
solvant integrè atq; perfectè princi-  
pia, ipsiusque clausas aperiant, atq;  
referent fores, quò in ipsius proprie-  
tatis solidam, quæ nos unà reddit  
scientificos, perducamur cognitio-  
nem, teste Fernel. lib. 2. de caus. Rer.  
Abd. cap. 18.

*Aqua de Pe-  
tra, Oleum  
de saxo du-  
rissimo.*

*Omnia ver-  
tenda in a-  
quam,  
Sermomy-  
sticus.*

*Operationum  
chemicarum  
beneficia, no-  
bilia.*

*Imitantur  
Naturam  
ipsam.  
Alchemia  
scopus.  
Ut habeatur  
rei Essentia  
proprietas.*

*Fernelii testā-  
monium.*

P 2

Quas



*Qui negat di-  
gnitatem jam  
diſtarum ope-  
rationum  
Chemicarum,  
refutatur de-  
monſtratione  
oculari.*

Quas præſtantiffimas & artificia-  
les Chemicas operationes, ſi quis  
negare conetur, ipſa demonſtratio-  
ne convincietur oculari.

Etenim Chemicarum operatio-  
num, ubi adierit peritum, quæ hujus  
vel illius, ſive ex plantarum, ſive ani-  
malium, ſive lapidum, ſive minera-  
lium, aut etiam metallorum, fuerint  
ordinæ, ſint principia, demonſtrabit  
ob oculos clariffimè.

*Antitheſis.*

*Ut cælum à  
terra: Sic  
mei Amici  
Remediorum  
preparationes  
diſtant à jam  
dictis modis  
legitimis.*

Quapropter, ſi æqua rem jam-  
æſtimabimus lance, certe ineplige-  
mus, quod quantum à terra cælum,  
tantum mei Amici, diſtant Reme-  
diorum præparationes à vera, legi-  
tima atque antiquiſſima illa Reme-  
diorum præparandorum, jam dicta  
Chemicæ ratione.

*Quidam ſunt  
illi modi.*

*Exiccatio,  
contuſio, mal-  
leatio, ſolixa-  
tio, infuſio,  
coctio, &c.*

Quinam igitur, mei Amici, illi  
ſint præparationum modi, quæras?  
Varii illi, & quidem hi præcipui,  
ſunt; Exiccatio nimirum, contuſio,  
tritio, molitio, malleatio, aſſatio,  
uſtio, ſectio, fractio, limatura, in-  
fuſio,

fasio, elixatio, coctio, &c. quarum operationum beneficio, herbarum folia, flores, semina, tumque lapides, mineralia & metalla, ex quibus conficienda sunt Remedia, in pulverem, vel in alias minutas rediguntur partes, quæ deinde per se sola, vel cum Saccharo, melle, succo, liquore &c. permista, aut aliquo quodam in liquore, ut nimirum aqua fontana, vino, sero, caprillo, cocta exhibentur.

*Fiunt pulveres, qui variis exhibentur.*

Hinc variae extant Remediorum Formulæ: Quales sunt, pulveres, Trageæ, Conservæ, Tabulæ, pastilli, pilulæ, Electuaria, Conditæ, Eclegmata, Infusa, Decocta, Syrupi &c.

*Hinc varia Remediorum formula. Vti pulveres, Tragea, Conserva, Electuaria, pilula, &c.*

Atqui hi preparationum modi, uti antè probatum fuit, sunt illi, quos totâ viâ, totoque cœlo, à vero illo Remediorum conficiendorum modo aberrare, intelligetis, qui tantum Chemicis studiis tinet, sit levissime.

*Quod purius & plane illegitimi sint illi preparationum modi.*

Etenim, si iustissimis hîc res inspicatur oculis, videmus dilucidè,

P 3 quod

# 152 CAPUT QUINTUM

quod illegitimis hisce præparationum adhibitis modis, plantarum, animalium, lapidum, mineralium & metallorum, non tantum durissimo, quo est conclusus carcere, actionum autor omnium, integrè & perfectè non liberetur, spiritus ille naturalis, Magisterii & Essentiæ nominibus, à Chemicis intellectus, verum etiam venenum à Medicina, impurumque à puro, non separaretur atq; abjiciatur, ita, ut tuta, jucunda & efficacia reddantur Medicamina, ad multorum morborum utilissima & necessaria.

Quid multis? In dictis Remediorum præparationibus, non tantum venenum à Medicina, purum, ab impuro, non separatur, atque corporca illa Medicamenti moles, ut illa facultas, forma, essentia rei, vel spiritus ille naturalis, possit extrahi, non dissolvitur exactè, reseraturq;, verum etiam, si quid de illo seceratur, id vel evanescit in auras, & dis-

*Essentia illa omnis separationis autor, non tantum non separatur integrè, sed etiam suffocatur.*

*Non separatur venenum à medicina, impurum à puro.*

*Numquid si quid de illa separatur, evanescit in auras?*

& disperditur, vel etiam suffocatur.

Proh Deum, igitur, atq; hominum *Cur igitur defendenda sunt illa Remediorum preparationes.*  
fidem, quâ ratione, quo jure, quôve  
consilio, tuas, tuorum Medicamen-  
torum, ô Amice, excusabis præpa-  
rationes?

Etenim jam antè demonstratum  
fuit solide, quòd illæ tuæ, quibus  
præparas Remedia, quæ antè fue-  
runt allegatæ, Remediorum præpa-  
rationes, non sint præparationum *Amici, non Remediorum præparatio-  
nes sunt tantum via præparatoria ad legitimæ præparationes.*  
modi, sed tantum sint præparatoriæ  
quædam, ad præparationes futu-  
ras, viæ.

Ubi igitur, & præsertim nobiles  
ille Remediorum præparationes,  
quæ antè ex clarissimi illius Libavii  
Alchemia fuerunt allegatæ? Nus-  
quam, nusquam.

Quò certè accidit, ut crudis illis, *Itaque crudis, venenatis &c. irreparabile inferitur detrimētum illis Remediis.*  
immaturis, venenatis, deleteris,  
corrosivis & ingratis illis tuis Re-  
mediis, irreparabile omnino ho-  
minibus inferas damnum, detri-  
mentum, noxam.

P 4

Quæ

*Res demon-  
stratur or-  
dine.*

*In prima &  
secunda for-  
mula, vene-  
nata cruda  
&c. commi-  
scentur Re-  
media.*

*Nulla adhi-  
bitur prepa-  
ratio.*

*Hinc lethalia  
inducunt in-  
commoda.*

*Delirium,  
animi defe-  
ctionem.*

*Sic mortem  
Sic Dysente-  
riam.*

*Sic colicos  
dolores.*

*Montanus  
etiam hoc  
testatur.  
Montani  
verba.*

Quæ res, ut ostendatur ordine, rei  
veritatem, prima & secunda Rece-  
ptorum tuorum, formula purgan-  
tium, demonstrabunt dilucidè, in  
quibus venenata, corrosiva, deletere-  
ria, impura, cruda &c. illa purgan-  
tia, qualia sunt Hermodactyli, Tur-  
pethum, Diagridium, Agaricus, Ela-  
terium &c. ex vegetabilibus desum-  
pta, nullâ adhibitâ præparatione le-  
gitimâ, omninò ut nata sunt, in pul-  
verem tantùm redacta offeruntur.  
Ubi veneni à Medicina, impuri à  
puro, nulla facta fuit separatio, cum  
detrimento mortalium maximo.

Nonnè hæc purgantia, taliter ex-  
hibita, delirium, animi defectio-  
nem, imò mortem, inducunt ipsam.

Nonnè purgantia hæc, tali exhi-  
bito modo, dysenteriam, colicos,  
aliosque dolores inferunt gravissi-  
mos.

Testatur hoc clarissimus ille Joh.  
Baptista Montanus Veronensis, part.  
3. suæ Med. hisce verbis: Idèò etiam  
nostri

noſtri Moderni, inquit, Agarico & Colocynthidi, ſal, quod gemma vocant, convenienter admifcent, partim ut acceleretur purgatio, quæ in his duobus medicamentis tarda eſſe ſolet, partim, ut facilius ex inteſtinis abluantur detergeanturque eorum ramenta, quæ alioqui ob lævitatem adhærēt, & impinguntur, obque hoc abraſionem, dyſenteriam, colicosque dolores inducunt medicina, ubi prudenter correctæ non fuerint. Hæc Montanus.

*Dyſenteria, dolores colici, &c.*

Ex quibus perniciem illam, in pulverem illa redacta purgantia, corpori quàm inferant maximam, ſatis intelligimus.

Certè aberit parum, Amice optime, quin homines plebei, aut potius longè ipſæ ſuperent te Veturæ, quæ æquè ac tu ægris, ubi ab illis petitur conſilium, propinare poſſint Remedia eadem.

*Vetula eadem propinant Remedia.*

Majorem certè tertia, quarta, quinta, ſexta, ſeptima, octava & nona

*Tertia, quarta, quinta &c. majorem me-*

P 5 pur.

*venit oculis  
sationem.  
Exhibentur  
sub forma po-  
tioni.*

purgantium. Remediorum formu-  
la, quæ omnes sub potionis forma  
exhibentur, merentur accusatio-  
nem; Hic etenim non tantum Re-  
media simplicia dicta purgantia, ve-  
rum etiam cum his ingens aliorum  
Remediorum confortantium, ape-  
rientium & attenuantium nume-  
rus miscetur, quæ aquæ fontanæ, aut  
alii liquori infunduntur, coquun-  
tur, & colantur; quibus, ubi per co-  
lum transmissa fuerint, adduntur

*Ad sunt pur-  
gantia, alio-  
rancia, &c.  
Influitur illo-  
rum numerus.*

*Adduntur  
illa composita  
purgantia.*

denuo purgantia composita alia:  
qualia sunt Electuaria, quæ eadem  
venenata, deleteria, corrosiva &c.  
illa, de quibus dictum antè, ingressa  
fuerunt purgantia simplicia, quæ sic  
preparata, offeruntur hominibus.

*Maxime cum  
vita periculo.  
Quia omnia  
venenata,  
corrosiva, im-  
pura &c. sunt  
Remedia.  
Nulla adhibe-  
tur artificia-  
lis preparatio.*

Verum, quo id fiat commodo, in-  
telligit sapiens; cum nulla veneni  
à medicina, impuri à puro, corticis  
à nucleo, facta sit separatio; Cum-  
ingratæ etiamque relinquantur  
qualitates; cum plurimarum & pre-  
stantissimarum virtutum contin-  
gant.

gant dispendia: quæ accidere omnia in illis decoctionibus planè necesse est.

*Contingunt etiam virtutum dispendia.*

Veritatem rei, aureus ille Daniæ pullus, æternâ commendandus & famâ & nomine Severinus, paucissimos ante annos, Danici Regni Consiliarius & Archiater, testimonium exhibet locupletissimum, qui

*Petr. Severini testimonium de Decoctionibus.*

in aurea sua Idea Med. & Philosoph. cap. 15. sic scribit: Decoctiones, inquit, herbarum, seminum, radicum, florum, in vino & aqua, hoc nomine redarguent, quòd plurimarum & præstantissimarum virtutum dispendia contingant: quòd impuritatibus non fiant separationes: quòd saporum, odorum, caliditatum, frigiditatum & similitum signaturarum ingratarum impressiones relinquantur, quibus frustra albumine ovorum, Saccharo, Melle, Syrupis, & Cinnamomo corrigere conantur Medici. Preparatio-

*Verba Severini.*

*In Decoctionibus contingunt virtutum dispendia.*

nium piâ assiduitate, naturaliumque

*Non fit separatio puri ab impuro, veneni à Medicina.*

*Nec ingratarum qualitatatum.*

dili-



*Legitima decoctionum via qua. Ubi rursus, iunctura & effusio redduntur Remedia.*

diligenti contemplatione conjuncta, compendiosiores decoctionum vias, utique deprehendemus, quarum beneficio, servatis simplicium virtutibus, saporumque & coagulationum ac odorum ingratitude ablatâ, exiguâ puri liquoris quantitate (in qua genuinæ simplicium virtutes, ad exaltationes, & altiores gradus deductæ manifestè demonstrantur) Decoctionum universis intentionibus, tutò & subito satisfiat.

Hæc Severini verba sunt.

Quæ certè omnia, injustum illum præparandorum Remediorum modum, sat arguunt? Cùm non tantùm venenatæ, impuræ, alienæ & ingrati illæ in decoctionibus relinquuntur qualitates; Verùm etiam plurimarum & præstantissimarum virium accidat detrimentum.

Quæ evenire in Decoctionibus omnia, testatur etiam summus ille Fernelius, qui lib. 4. Meth. cap. II. sic loquitur: Facultas porro, quæ in tenui

*Fernelii testimonium.  
Decoctionum via.*

tenui atque dissipabili est substan-  
tia, ut penetratio, extenuatio, aper-  
tio, resolutio, coctione paucâ eve-  
catur, multa disperditur.

Hinc l. c. idem Fernelius inquit:  
Quorundam etiam si dura sint, ut  
asari, indis, pyrethri & cyclamini vis,  
coquendo perit.

Eandem confirmat sententiam, *Confirmat  
jam dista sententia*  
Joh. Baptista Montanus Verontensis, *Bapt. Mon-*  
part. 3. suæ Med. tam de Decoctioni- *bus.*  
bus, quam Infusionibus, ubi sic scri-  
bit: Ubi igitur Medicinæ vires in- *Verba.*  
tegras conservare voluerimus, solâ  
infusione utemur: Nam in Elix- *Elixationis  
visio.*  
atione, plurimum partium tenuio-  
rum in vapores resolvitur, in quibus  
partibus potissima vis erat purgandi  
efficacior.

Atqui Infusionis officium accu- *Infusendi of-*  
sat etiam graviter Fernelius, lib. 4. *ficiam accu-*  
Meth. cap. II. hisce verbis: Infusio, *sat etiam*  
inquit, quod caloris vi nihil dissi- *Fernelius.*  
pet, simplicium vires puras since-  
rasque transfert in liquorem. At  
non

non omnes, sed eas præcipuè, quæ in tenuiore substantia sunt. Eas vero, quæ in crassa ac terrena, non æquè validas. Hæc Fernellius.

*Aqua fontana offendit vires Remediorum.*

Accedit, quòd cùm in aqua fontana, calida & tenuia coquantur Remedia, ut ex allegatis patet supra Remediorum formulis, eorum vis nimium obumbratur, ut refert quoque Fernellius. Moth. cap. II.

*Fernellij re-  
sponsum.*

*Ergo repetenda Decocta & Infusa.*

*Substituenda in illorum locum chemica Remedia.*

Quapropter ex causis allegatis rejicienda sunt merito Decocta, & Infusa, cùm in horum locum, & figura puri liquoris, arte Chemicâ preparati quantitas (in qua tamen gæmmina simplicium virtutes, ad exaltationes, & altiores gradus deductæ fuerint) magno moraliū, hominū modo atque utilitate, possit & merito debeat substitui.

*In Decoctis etiam esse alienum corpus, hoc est, aquam.*

Adhæc, in Decoctis, esse etiam alienum corpus, scilicet, aquam fontanam nimirum, & quidem aquam alterius generis, supra ex Mercuriali quoque adductum fuit.

De-

Demum, quæ causa est, Amice *Inartificiale*  
 optime, quam obrem tua Remedia, *est, quod his*  
 omnia fere coquas in aqua fontana; *omnia fere*  
 Cum sat constet, quod illa tantum *Remedia in*  
 steriles & reollaceas, utpotè frigi- *aqua coquan-*  
 ditates, humiditates &c. & sæpè no- *sur fontana.*  
 centes continet qualitates, in qui- *cum sapius*  
 bus nulla est dynamis, nullum Che- *nocentes com-*  
 mionium Naturæ, nulla confluentia, *binet qualis*  
 nulla conspiratio cum astris mor- *ribus*  
 borum; proinde nulla salutaris ex *Nec ad san-*  
 illa poterit confici Medicina. *nandum in*  
*illa vir fa-*  
*cultas.*

Talibus, inquam, in corporibus,  
 qualis quoq; est Aqua, cum sine vi-  
 tali destituta facultate, nullam esse  
 ad sanandos morbos virtutem, pro-  
 fitetur etiam Hippoc. lib. de antiq. *Testatur Hip-*  
 Med. ubi inquit: *ποτατα δ' τοι δυνάμειον* *poctrates.*  
*ποτατα, τοι δε μόνον, ψυχρόν, ξηρόν, υγρόν,* *Omnes affec-*  
*non esse: μεγαλύτερη δυνάμειν έχον.* *nes à facul-*  
 Ejus- *tatibus.*  
 dem sententiæ quoq; est Theophra- *Sic sentiens*  
 stus Paracelsus, Severinus, & reliqui *cum Hippo-*  
 Chemicæ facultati dediti omnes, *crate Chemo-*  
 tria illorum testantur & voces &  
 scripta. *omnes.*

Qua-

*Propinanda  
ergo facies  
chemica Re-  
media.*

Quapropter, Amice optime, de-  
trimento nullo, est utilitate maximâ  
tuis inservires agrotis, si liquores  
arte confectos Chemicâ, utpotè sa-  
lutares, tutos & efficaces, remorâ ste-  
rili illâ, ad sanandos morbos Aqua  
tua fontana, tuis propinares agro-  
tis. Quos liquores jam dudum tibi  
ipsa præparavit natura. Modò tu  
arte, quàm prius addiscas, extrahas  
Alehemistica.

*Quæ ipsa com-  
posuit Ag-  
rota.  
Præparatio  
sola docet.*

*De Symp-  
judicium Se-  
verini.*

De syrupis quid ille Severinus  
clarissimus? Loquitur de illis, l. c.  
hiscè verbis: Syruporum necessita-  
tes, inquit, scilicet ut conserventur  
simplicium vires, & dulcedine ob-  
scurentur amaritudines, inanes esse,  
tùm demum intelligemus, ubi Sa-  
lîa, Olea & Mercurios Herbarum,  
Radicum, & similium separare po-  
terimus, non communi destillatio-  
ne, ustione, viriumq; destructione,  
sed artificiosa principiis propieta-  
tibusque uniuscujusque herbæ &  
radicis consentanea. Discrimina-

quo-

*Inanes illor-  
um præpa-  
rationes.*

*Communis  
chemica Re-  
media illorum  
peragunt vi-  
ces.*

*Quodlibet  
Remedium  
simplex pro-  
ptiam requi-  
rit præpara-  
tionem.*

quoque sunt Salium, Sulphurum & Mercuriorum : neque epileptica Symptomata, sulphuribus, vel ballamis vulnerum sanari cupiunt. Conservationum diuturnitate, agendi potestate, saporum, odorum & consistentiarum amicâ familiaritate, Sympliciorum greges, longè superant, Salia illa, Olea & Mercurii. Caliditatum querelis satisfecerunt, posteaquam sitim & calores febricitantium benignè mitigârunt: Posteaquam somnum conciliârunt, & suavem rorem naturæ communicârunt. Sacchari & mellis præsentia sæpè noxia fuit: Si spiritum mellis acutissimum & venenatum, si Sacchari abominabiles faculentias conspexissent Arabes, parciores & cautiore procul dubio fuissent, in proluxa & nimis amplâ Sympliciorum ostentatione. Hæc Severinus.

*Discrimina sunt Mercuriorum, Sulphurum & Salium. Horum diversa adhibet.*

*Syrupos longè superant Mercurii, Sulphura & Salia illa.*

*Saccharum continet impuritates. Mel, verum spiritum.*

Quibus tamen Symplicis, invidia, imperitia & audaci planè alterius impeditus ausu, si, quò minus nobilio.

*Ob invidiam, cum imperitia conjunctum inania*

*nam eximie  
est Symp.* billora nantiscantur Remedia, utatur  
sapientior, merito meretur ve-  
niam.

*Contra de  
Electuaria  
purgantibus*

Electuaria purgantia quoque,  
qualia sunt Diaphoen. Diacath. el.  
de suc. Rosar. Diasen. Lemit. Diap.  
psyl. et & onymel. Holleb. & hujus-  
modi, quæ omnia formula dictæ  
continent, in eodem hærent luto;  
cum in illis omnibus impuri à pu-  
ro, venenâ medicina, corticis à nu-  
cleo, nulla facta sit separatio.

*Continent ea-  
dem venena-  
ta, deleteria,  
corrosiva &  
impura pur-  
gantia.  
Veritatem rei  
ostendit dilu-  
cidè Severi-  
nus.*

Quotum perniciem, planè extre-  
mam, demonstrat etiam pluribus,  
antè laudatus, excellentissimus ille  
Severinus, qui l.c. in hunc scribit  
modum: Electuaria purgantia, in-  
quit, ut Diacatholicon, Diaphoe-  
nicon, Diaprunis, de succo Rosa-  
rum, de Psyllio, confectio Hamech,  
Indum majus & minus, multis no-  
minibus accusantur, quod cru-  
dis radicibus, corticibus, fructibus  
& foliis, naturam fatigant: quod  
dissentaneorum rerum mixtiones  
com-

*Verba Se-  
verini.*

committantur. Tardarum adio-  
nunt accelerationes, flatuum diffu-  
siones, amaritudinum, erosionum  
& acrimoniae mitigationes, aliter  
cuiusmodi possunt, quam admix-  
tione Cassiae, mannae, thamarindo-  
rum, pisanorum, rosarum, unguis-  
simum, Cymini, amicos, cinnamomi,  
Caryophyllorum, nucis  
muscatae, dactylorum, jubarum,  
pincarum, passulorum, &c. Tales  
mixtiones & compositiones Reme-  
diorum non sunt Natura Legibus  
consentaneae. Ipsi Cyelanthum in  
Germania produxit, non potuit  
in Dania, quorum usu, si flatus su-  
scitantur, tormina, erosiones, dif-  
ficiles & tardae purgationes si eve-  
niant, res peragi poterit. Non pro-  
pterea iussit ex Arabia, dactylos; ex  
India Cinnamomum; Caryophyl-  
los, nucis muscatas; ex Italia ani-  
sum, cyminum, lescum, amicos; ex Hi-  
spania Saccharum advocari. Sed ligna  
comparavit, ex quibus carbonem fieri

Venerata &  
inflata qua-  
litates aliter  
commendantur.



voluit : filicem quoque & herbas, vitri materiam subministraturas, & argillam, fornacum constructionibus obtemperaturam.

*Chemica nimirum preparatione,*

Postea coquere iussit, cruda maturare, impura separare, amaritudines in dulcedinem transmutare, erosionum, calorum, saporum, odorum, coagulationum radia mitigare : Et nos ministros esse præcepit ac separatores, non Magistros, vel Compositores, nisi ad ipsius Leges, spirituahæ conjugia instituere possemus. Hæc quoque Severini de Electuariis purgantibus sententia est. Quâ spuriam & empiricam illam medendi Methodum, & spuria illa Remedia, tumque spuriam illam præparandorum Remediorum rationem, cuilibet collocat ob oculos clarissime.

*De pilulis confectis.*

*Ejundem sunt farina.*

Pilulæ restant, utpotè Arthetica, de Hermodaetylis, Foetida, Cochlear, Alephangina, Aurea, Lucis major. & quæ cum illis commiscuntur, ut  
sunt

sunt Trochisci Alhandal, Diagrid.  
& Agaricus trochiscatus, omnia un-  
decima, duodecima & decima ter-  
tia comprehensa forma: quæ certè  
præstantioribus, quàm superiora,  
dicta purgantia, facultatibus non  
sunt prædita; cùm eadem venenata,  
deleteria, corrosiva & impura, nullâ  
prorsus artificiali adhibita præpara-  
tione, contineant pharmaca pur-  
gantia.

De quibus omnibus, excellentif-  
simus ille, quem dixi antè sæpiùs, Se-  
verinus, l. c. sic scribit: Pilularum  
ferè omnium compositionem, in-  
quit, in quibus venenata illa simpli-  
cia ingrediuntur, quis unquam lau-  
dare potest? Colocynthidem, helle-  
borum, turbith, hermodactylos, suc-  
cos Tythymallorum, Elaterium,  
Scammonium, Euphorbium, tam  
manifesta venena, cruda & impura  
continent, frequenter dissentaneis  
rebus, admixtionem non tendenti-  
bus, ut resinis, gummatibus, scrapino  
ham-

*De pilulis  
censura Se-  
verini.  
Verba Se-  
verini.*

*Manifesta  
continent  
venena.*

Q3

*Excusantur  
quantitatis  
iniquitate,*

hammoniaco, galbano, &c. permixta: Nisi quantitatis exiguitate excusarentur, exhibitiones jamdudum ab ægrotis repudiata obsolescerent. Hoc quoq; Severini judicium esto de pilulis. Sufficiat igitur, in medium allata, de purgantibus censura.

*De alteran-  
tibus censura.*

Alterantium sequitur: quorum usus ad morbos varios, omnino est varius, atq; simul pessimus.

Etenim adhiberi illa, non tantum frustra, verum etiam cum detrimento ægrotorum maximo, jam evadet perspicuum.

*Idem præ-  
parationes.*

Sunt autem, quæ dictis Remediis adhibentur præparationes, quæ tamen omnino sunt illegitimæ & artificiales, exsiccatio, tusio, cribratio, &c. q̃ Remedia si præparata, per se, vel cum saccharo, aut aliquo alio succo, aut liquore mista tantum vel etiam cocta, offeruntur. Hinc varientur Remediorum formulæ: quales sunt pulveres, Trageæ, conservæ, condita, Eclegmata, Electuaria,

*Quales sint.*

*Formule illi-  
vum.*

Tro-

Trochisci, Rotule, & hujusmodi.

Commiscantur non tantum hæc  
radices, herbar, flores, folia, semina,

verum etiam terræ, ossa & lapides,  
imò etiam succi concreti, & metal-

la ipsa, res certè naturæ planè diver-

sissimæ. In quibus certè Remedio-

rum commissionibus omnibus talis

est harmonia, qualis in luto, &  
ovium chordis: quod hercule nihil

aliud est, quàm vulpes conjungere,  
gryphis. Atque hoc utilitate plane

nullâ; Etenim incisione, tusione, &  
reliquis id genus præparationibus,

herbarum facultatem, virtutem, for-

mam &c. omnium sanationum au-

tozem, non posse extrahi, antè de-

monstratum fuit. Terrarū etiam, &  
præsertim ossium, lapidum & metal-

lorū, illam sanandi, quam jam dixi,  
potestatem, arctissimis, ligatam vin-

culis, ustionis, tusionis, rationis, mal-

leationis &c. beneficio, in pristinam  
libertatis possessionē vindicari pos-

*Commiscen-*  
*tur hæc res na-*  
*turæ diversif-*  
*simæ.*  
*Rodditur com-*  
*positum chaos.*

*Qualis sit in*  
*illis harmo-*  
*nia.*

*Præparatio-*  
*nes sunt spur-*  
*ria & illegi-*  
*tima.*

*Hinc exha-*  
*benatur fru-*  
*stra.*

*Quia illarum*  
*præparatio-*  
*num beneficio*  
*non extrahi-*  
*tur facultas*  
*Remedii.*

Q 4

Et

*Ventriculi.  
calor non va-  
solvet lapides,  
mineralia &  
metalla.  
Hinc sine  
commodo ex-  
hibentur uls.*

Etenim nullus, nullius planè ho-  
minis, tantus, & tam robustus est  
ventriculi calor, qui claustra illa  
arctissima frangere, hoc est, corpo-  
rum illorum Remediorum solidam  
possit resolvere compaginem: Quò  
evenit, ut in sanguinem mutati, cor-  
pus nutrire humanum, & spiritus  
vitales confortare, aliaque sibi à na-  
tura concessa munia perficere ne-  
queant, ut loquitur clarissimus ille  
Penotus, lib. de Remediorum che-  
micorum præparationibus.

*Penoti testis  
est.*

*Confortare  
nequeunt.  
Severini re-  
sponsum.  
Censura Se-  
verini de con-  
fortantibus.*

Hinc quoque accidit meritò, ut  
favorem & benevolentiam, quam  
humana debent Naturæ, Remedia  
illa demonstrare non possint, teste  
excellentiſſimo illo Petro Severino,  
Id. Med. ph.

*Verba Se-  
verini.  
Auri spuria  
præparatio.*

De quibus inartificialibus jam  
dictis Remediorum præparationi-  
bus, sic scribit, l. c. magnus ille Seve-  
rinus: Postea inventi sunt Medici,  
inquit, qui aurum decoquere jusse-  
runt, & cum Capone, ut virtutes  
magis

magis conjungerentur; qui folia auri, electuariis & tabulatis miscuerunt: qui pulveres corallorum, per-

*Corallorum.  
Perlarum &c.*

larum, gemmarum, etiam ad con-

fortationes cerebri & cordis, magnâ

simplicitate, exhibuerunt.

Infelix mortalitas, inutilibus quæ-

stionibus & disputationibus vitam

traducimus; Naturæ præcipuos the-

sauros, in quibus gravissimorum,

morborum Medicinæ, ab altissimo

collocatæ sunt, intactos relinqui-

mus. Nec ipsi solum relinquimus,

sed & alios inquirere volentes, pro-

hibemus, impedimus, condemna-

mus, irridemus, & mille ludibriis af-

*Natura the-  
sauros negle-  
gitur ab im-  
perio.*

*Inquirentes  
illum calu-  
mniantur.*

*Irrident fe-  
lidi.*

Q 5

rum

rum porabile liquorem perlatum;  
 dulcedinem cupri, Antimonii, Mer-  
 curii, essentias herbarum, específicas  
 compositiones. diaphoreticorum,  
 diureticorum, purgantium, anady-  
 norum, & similium extractiones de-  
 bitas lachrymarum, resinarum, gem-  
 marum, gummatum, succorum &c.  
 quod nisi fecerint, infamie, inscitia,  
 invidia; & fraudis notas iis inure-  
 mus. Næ illa ratio addiscendi nova  
 est. Modestiam, gratitudinem, sub-  
 missionem, ignorantia confessionem,  
 discendi cupiditatem ingenuam.  
 non dolosam, laudabant Antiqui in  
 discipulis. Tales solummodo admit-  
 tebant, iisq; juratis & perpetua gra-  
 titudine ac fide obligatis, præcepta  
 dabant, multo adhuc sudore enu-  
 cleanda. Quis enim aliter, sincera  
 ingenia ab adulterinis discernere  
 posset.

*Non sic olim  
 Discipuli.*

*Grati & can-  
 didi olim  
 discipuli.*

Itaque sive voce, sive scriptis, di-  
 scipulos receperunt instituendos.  
 qui legitimi & genuini evaserunt.

ab iis

ab his desideratam gratitudinem ac sanctam fidem reportarunt, & in ævum reportabunt. Sacramentum potuerunt; se patrum & præceptorum vestigia imitatu-  
ros, nec ullâ temeritate, servatam, à seculorum exordis Nature virginitatem præphaturus. Credite mihi, qui ad Diana balnea admissi fuerunt, aliis, sive leonum, sive vulpium, sive luporum, sive canum pellibus occurrerint, sine veste Dianam nunquam monstraturos. Hæc clarissimus ille Severinus.

*Diana balnea*

Quapropter de illorum Remediorum preparationibus & compositionibus, excellentissimus ille Severinus, hæc addit, inque hunc scribit modum: Confectiones latificantes, inquit, electuaria de gemmis, Diamargaritones frigidi & calidi, nullâ ratione, intentionibus compositorum satisfacere possunt; Si enim latificare debent, confortare, exhilarare, regenerare, que ipsi-

*Censura Severini de confortantibus.*

*Solida, indissolubilia & impura illa corpora confortare, latificare, &c. non possunt.*



## 204 CAPUT QUINTUM

*Spirituum  
vitalium sunt  
essentia.*

spirituum vitalium sunt officia, quomodo corporibus, tam solidis, tam non ab humana natura solubilibus, spirituum ministeria absolventur; Externi quidem sensus, splendore & clangore auri delectantur, interni verò spiritus, ab avaritiæ crimine, planè sunt expediti: Omnino corpora spiritualia reddi debent ac volatilia, si spirituum actiones & legitimas languorum sanationes ab illis requirimus. Hæc Severinus.

*Medicamen-  
ta illa sunt  
reddenda vo-  
latilia, spiri-  
tualia.*

*Iam allega-  
tam senten-  
tiam confir-  
mat Penotus.  
Verba Penoti.*

Cujus Severini jam dictæ sententiæ, & cum hoc infiniti alii, subscribit clarissimus antè dictus Penotus, qui lib. præpar. Chem. sic habet: Vulgus Medicorum, inquit, magnâ simplicitate aureas catenas, nummos & his similia, in liquore extinguit, vel cocturam quandam facere molitur, & quidem aquâ simplici, in turbida quadam porione, in melle, in jure aliquo, aut vino, ad confortationem spirituum ac membrorum spiritualium: vocatque liquorem

rem illum, in quo extinctum est,  
ficto nomine, apobamma. Sed quo-  
modo vires cordis roborarent, cum  
solæ tractantium manuum sordes  
collectæ & adhærentes, à nummis  
illis hoc modo auferantur. Plurimi  
quoque ab unguentariis & vulgari-  
bus Medicis persuasi, aurum, limâ  
comminutum deglutiunt, quasi ve-  
rò struthionum stomachos, ferrum  
digerentes, habeant: Nonnulli in  
confectionibus, electuariis, multis-  
que aliis Medicamentis, ut in Dia-  
thamaro, secundum descriptionem  
Nicolai, Elect. de Gemmis, Elect.  
Lat Galeni confectionibus Cardia-  
cis, aureisque Alexandrinis, tantum  
non edere, verum etiam ex aureis  
vasis, & edere & bibere delectantur,  
Verum cum incorruptibile quodli-  
bet in stomacho hominis mutari  
non possit, ideoque nullam princi-  
palibus membris, ut supra dictum  
est, virtutem præbere posse videtur.  
Hæc quoque clarissimi illius Penoti  
est sententia.

Quem

*Aurum catenâ  
nas coquant  
cum vino, ubi  
sordes exhi-  
bent ma-  
num.  
Aurum limâ  
comminu-  
tum.*

*Frustrâ ado-  
hibentur.*

Quem spurium Medicamentorum præparandorum modum jamdudum etiam indicavit, militarium rerum experientia præstantissimus ille Petrus Coudenbergius, in com. Rotular. cum Marg. ubi sic loquitur: Quantis, inquit, cachinnis Cordus, & tanquam cæci cæco duce, Fuchsius, Colonienſes Medici, ac Alexander Apollo, vel pueris pharmacopœorum hoc scripto ſeſe exhibuerint, vix exprimi poſſit: Ut hinc, non tractari à fabris fabrilis, lucide cerni queat. Eo pacto, quod hujusmodi imaginariis, extraque arenam Medicorum ſcriptionibus, nullam debitam miſcendi, conficiendiq; rationem, ut neq; modum, & ex conſequenti parum aut nihil artis ſua frugis, operisq; manuarii commodi haurire, diſſecereve poſſint pharmacopœi, niſi margaritas, oleum ac operam omnem frequentiffimè perdere, ac vitiatas materias porcis obſicere velint. Huc uſq; quod Coudenberg.

Cortè, si solida illa metalla; fer-  
rum, aurum &c. à calore possent dis-  
solvi ventriculi, sic ut nutrient de-  
glutientes; optimum Judæis reme-  
dium vitæ extitisset aurum; nequor  
ab Assyriis atque Arabibus illis avar-  
tissimis & crudelissimis fuissent dis-  
cedi iidem, ut aurum, quod antè di-  
miserant in ventrem, eorum in vi-  
ceribus inventum fuerit integrum;  
quorum tam ingens fuit numerus,  
ut una nocte, duobus hominum  
millibus, sint intestina concisa, teste  
Flav. Joseph. lib. 6. de bell. Judæ. cap. 15.  
Et Johan. Fr. Mirand. lib. 1. de Aur.  
cap. 3.

*Judas impe-  
rante aurum.  
Dissoluti illo-  
rum ventri-  
culis.*

*Aurum in-  
ventum fuit  
integrum.*

Quapropter commodo nullo, ad  
Epilepsiam, Pestem, Dysenteriam,  
Calculum, Pulmonum exulceratio-  
nem atque morbos alios gravissimos  
depellendos, ex herbis, lapidibus,  
ossibus, terris, mineralibus & metal-  
lis, ut porè crudis, immaturis & foli-  
lis illis rebus confecta, ut patet ex  
adductis, adhibentur Remedia.  
Detri-

*Ergo commo-  
do nullo exhi-  
bet mens A-  
micus. Reme-  
dia, & præse-  
ntia ex Me-  
tallu con-  
tra Epile-  
psiam, Dysen-  
teriam, Cal-  
culum, & Pul-  
monum vitia.*

*Detrimen-  
tum hunc non  
sequitur exi-  
gium.*

*Præsertim ab  
exhibitione  
auri crudi.  
Theoph. Para-  
celsi raffinam-  
inum.*

*Ledit gravi-  
ter ventricu-  
lum & inte-  
stina autum  
crudum ex-  
hibuit.*

*Hinc variis  
morbis.*

Detrimentum etiam, quod ex il-  
lorum, & præsertim metallicorum  
Remediorum crudorum, atque sine  
chemicæ artis beneficio præparato-  
rum, ut & auri præcipue exhibitione,  
provenit, certè exiguum non est.

Demonstravit hoc aperte quasi  
digito ipso, Theophrastus ille Hel-  
vetius, nobilis ille autor, ubi scribit;  
Quòd talia Remedia, ut adsumpta  
fuerunt, commodo per intestina re-  
jiciantur nullo. Interdum etiam, &  
præsertim aurum, à fortiori ventri-  
culi calore, in suam corpoream re-  
duci substantiam, quæ deinde ven-  
triculo, atque intestinis adhæreat,  
eademque in auret, cum summa ho-  
minis pernicio. Hinc enim evenire  
ait, ut còctio impediatur ventriculi,  
ac turbetur, quâ turbatâ, varios ex-  
citari morbos, atque tandem ipsam  
exoriri mortem, sit necesse.

Quapropter admonet salutariter,  
quòd nullum arcanum Metallicum  
in usum adhiberi debeat Medicum,  
ni pri-

**N**iprius illud redditum fuerit vola- *Metalla sunt*  
tile; Juxta verissimum & antiquissi- *reddenda vo-*  
mum Philosophorum illud: Fac *latilia.*  
fixum volatile, & volatile fixum,  
quod optas, habebis.

**Q**uæ sufficiant quoque de illo, *Conclusio Ca-*  
non levi, sed omnium gravissimo, in *piti præsentis.*  
præparatione Remediorum; qui  
committitur errore.

Postremus restat error, qui incer- *Propositio Ca-*  
titudo doseos est, de qua sit *piti sequenti.*



## CAPUT SEXTUM.

Ostendit hoc,

*Quod Remediorum purgantium atq; alteran-*  
*tium dictorum dosis (quæ tamen debebat esse*  
*omnium exactissima) sit incerta & merè for-*  
*tuita.*

**Q**VI sublunaria hæc produxit; *Omnia cum*  
omnia cum numero, pondere, *numero, pon-*  
& mensura fabricatus est; uti lib. fa- *dere & men-*  
pient, cap. II. haberur. In initio et- *sura condita.*  
R enim

## TIBI CAPUT, SEXTUM

enim à sapientissimo Deo condita esse omnia bona, & sapienter, divinum attestatur oraculum.

*Quod imita-  
tur Ars.*

Quare omnis ars, quasi imitatrix Conditoris rerum, necessario etiam omnia & pondere, numero & mensurâ dirigit & gubernat; Potissimum verò ars Medica, in qua necessarium est, ut cuncta pondere atq; mensurâ dirigantur.

*De Medica.*

*Quod sanitas  
posita, in me-  
sura & pon-  
dere.*

Cujus rei necessitatem arguit, quod cum sanitas & vita nostra, posita sit in proportionem ponderis & mensuræ; quam si velimus, aut conservare, aut recuperare, necesse sit, ut mensurâ & pondere agamus omnia, teste etiam clarissimo illo Hier. Mercur. lib. 2. de composit. Med. cap. 1.

*Testimonium  
Mercurii.*

*Galenus aspi-  
culatur.*

*Galenus verba.*

Cui astipulatur Galenûs, ubi lib. 5. de tuend. san. cap. 12. sic inquit: Etenim non ejus tantum meminisse oportet, quod contraria contrariis sunt Remedia, sed etiam quantitatis rationem, in singulis con-

*Quantitas  
in Remediis  
quæ.*

trari habere necesse est. In hac sanè  
ejus victoria maximè consistit. Gale-  
nus hætenus.

Certè, nihil prodest qualitas, ubi  
labefactatur quantitate, ut testatur  
etiam Galenus; lib. de exer. par. pil.  
cap. 4.

*Qualitas nō  
hil prodest sine  
quantitate  
legitima.  
Galenus testi-  
monium.*

Quam eximiam suam sententiam  
confirmat Galenus, lib. de ven. sect.  
adversus Erasistratum, cap. 7. ubi sic  
loquitur interpres: In arte me-  
dica reperies nihil, quod nisi cer-  
tâ mensurâ usurpatum, prodesse  
poterit.

*Galenus cap-  
firmat suam  
sententiam.  
I.  
Galenus verba.*

Et lib. 3. simpl. cap. 29. inquit Ga-  
lenus: Opus est enim, ut quicquid  
agat, etiamsi sit valentissimum, ali-  
quantam tamen & magnitudinem  
habeat: quando nimirum & ignis  
ipse; si prorsus sit minimus, præter-  
quam; quod non uret, ne calefa-  
ciet quidem: quippe cum & cente-  
sima scintillæ portiuncula, sensu no-  
bis sit imperceptibilis. Hæc quoq;  
Galenus.

*2.  
In omni ali-  
quo quæ  
quantitate  
legitima.*

R 2

Sum



*In purgantibus de alterantibus.*

Summa igitur est adhibenda diligentia, quòtàm in Remediorum alterantium, quàm exhibitione purgantium præsertim, iusta doseos servetur ratio; atque ita, ne tàm in excessu, quàm defectu legitimum excedamus modum.

*Alia sequitur nota.*

Etenim quod exuperat, noxas efficit inveniendabiles, inquit Galenus, Comm. 2. lib. Hippocr. de vict. Rat. in acut.

*In purgantibus exalte observanda.*

*Testimonium Galeni.*

*Galeni verba.*

*Notandum maximum, ubi deficit, vel modum excedis purgatio.*

Quod si qua in re, certè in purgantibus est attendendum unice; Jamdudum hoc admonuit salutariter Galenus, qui lib. de ven. Sect. ad. versus Erasistratum, cap. 7. sic scribit: Ingens præterea, in propinationibus pharmacorum periculum est, cum vel non commoveretur purgatio, vel quod in alvum attractum est, non facile excernitur, vel cum dolore, moribus, torminibus, refrigerationibus, pulsus evanescentiâ ac animi defectu exprimitur, vel cum corpus vehementer perturbatur, interum.

terimque paululum admodum evacuatur, aut evacuando modum excedit: hoc enim ipsum, tanquam omnium malorum extremum, hac in parte frequenter contingere solet. Hæc Galenus.

Quod certè malorum omnium extremum, præcipuè contingere solet, in superpurgationibus, quæ evenire solent, cum purgans medicamentum usque adeo invaluit, ut in vasorum, ad ventrem pertinentium osculis, mordicationem apertionemque multam relinquat: Assidueque irritans, convellensque corpora, quæ in vasis sunt, vires dissolvat atque dejiciat. Nam quod in ventre evenire conspiciamus, ubi vires ejus in extremam inciderunt infirmitatem, idem in venis accidere putandum est, ut scribit Galenus, lib. 3. simpl. Med. Facult. cap. 27.

*Contingit in  
superpurgationibus.  
Galenus testis  
monium.*

Eandem suam confirmat sententiam Galenus, lib. 3. simpl. Med. Facult. cap. 24. ubi hæc habentur verba:

*Galenus confirmat suam  
sententiam.*

R 3

Idcir-

Idcirco purgantium, inquit, Medicamentorum, ubi forte purgatione frustrantur, quædā quàm quod noxat corpori nullam afferant, etiam alimentum homini præbent: Alia verò in corruptionem, ac tanquam in venenum vertuntur. Hæc Galen<sup>9</sup>.

*Vertuntur in  
venenum pur-  
gantia.*

Verum medicamentum purgans, quod prius dixerat Galenus universaliter venenatum, quâ ratione, in alendæ partis possit converti substantiam, viderint docti. Veritati sit illud potius consonum, ut affirmat idem Galenus, quod ubi purgantia frustrantur purgatione, vertantur in venenum.

*In alteranti-  
bus obstruan-  
da dosi.*

*Excessus per-  
nicijs.*

*Galen<sup>9</sup> resti-  
guendum.*

*Defectus et-  
iam perni-  
cijs.*

*Hippocrati  
de morbis.*

In alterantibus exacta quoque debet observari doseos ratio, atq; ita illa sit constituta, ne tantum in excessu, cum omne nimium inimicum sit naturæ, teste Galeno, verum etiam in defectu, quis ullos iusticie transeat fines? Nisi enim id, quod morbum facit, dimoveris, augetur idem, ut scribit Hippoc. lib. de Loc.

in

in Hom. Idq; properanter præstandum est, teste Hippoc. de Morb. sacr.

Quapropter, cum erroris, qui committitur in Medicina, finis sit perniciēs, ut testatur Galenus, lib. II. Meth. cap. 12. atq; errata, quæ utrinque, circa mediocritatem, contingant, non parvæ sequantur noxæ, cum excessus perniciosissimos esse, nemo neget, ut refert Galenus, lib. de ven. sect. adversus Erasistratum, cap. 7. quam ingentem, dicta, non tantum purgantia, verum etiam alterantia Remedia, calamitatem inferant hominibus, sapiens estimabit quilibet; cum illorum dosis, certa atque explorata, quæ tamen omnium debebat esse exactissima, ut patet ex allatis, haberi nequeat.

Nullam autem posse haberi hanc doseos scientiam, multorum non indiget probatione; etenim superiorib<sup>9</sup> demonstratū fuit passim, solam vim, facultatem, formam &c. cujusq; Remedii, esse unicū illud medium,

R 4 quod

*Erroris in Medicina finis est, perniciēs. Galenus testatur.*

*Galenus.*

*Ex illegitima illa dosi maxima sequuntur nocivitas.*

*Non potest haberi dosis in Amici mei Remedii.*

*Facultas, forma, virtus rei agendi causa.*

quod naturæ hostem, qui morbus est, vincat, victumq; ejiciat, roburq; eidem restituat atq; firmitatem.

*Ida non ex-  
trahitur.*

Atqui jam dicta sæpius agendi vis, in talibus Remediorum præparationibus, ut sunt tusio, cribratio, infusio, decoctio &c. non tantum non evocatur, atq; deducitur in actum, verum etiam, quod magis est, disperditur, suffocatur, atque ferè redigitur in nihilum.

*Etiam disper-  
ditur & suffo-  
catur.*

Quæ igitur quæso, ibi doscos possit esse cognitio, ubi non tantum integre, jam dicta omnis sanationis potestas, illâ adhibitâ præparatione, non secernatur, verum etiam, quæ, quot, & quales in dictis Remediis supersint agendi vires, planè hinc ignoretur.

*Ignoratur et-  
iam, quot &  
quanta vires  
in dictis Re-  
mediis super-  
sint.*

Etenim dicta jam agendi potestas quotannis, nō provenit eadem; cum interdum plus, interdum minus illius sortiantur creata.

*Quia dicta  
agendi facul-  
tas non proven-  
it quotannis  
eadem.*

Terra quamvis ipsa, fecundâ nutritione & multiplicatione felici, sua

*Terra in suis  
producendis  
virescitur re-*

stra foveat semina; suis tamen fructibus producendis & conservandis, non sufficit sola, nisi conspiratio amica accedat etiam superiorum; Fructuum enim procreationes, radiorum impressiones, & vitales effluxus astrorum, cum illis, quæ elementorum sinu continentur inferiorum, confluere, conspirare & consentire omnino necesse est, uti quoque excellentissimus ille Severinus, Id. Med. ph. c. 6. testatur.

*quis benevolentiam superiorum etiam.*

*Testimonium Severini.*

Quam Naturæ mirabitur confluentiam, qui certorum siderum ortu occasuque impetus hos, in plantis atq; reliquis rebus naturalibus contingere animadverterit.

*Experientia.*

Hinc Decretoria sidera vitium, oleæ, frugum, arborum, ab antiquis scriptoribus appellata sunt illa, quæ iisdem temporibus oriuntur, vel occidunt, hoc est, maturâ fecunditate, fructus suos emittunt, quibus dictæ plantæ, atq; alia naturalia turgent, naturali eorum principio, Balsamo,

*Consensus superiorum & inferiorum.*

R 5

semi-

## 218 CAPUT SEXTUM

feminali materiâ florescente. Iis enim temporibus impressiones facilius recipiuntur, quia aperta sunt omnia, radiisq; patentia; Quæ enim latent, radiorum impressiones non recipiunt, nec confluunt.

Quid multis? Vires Naturæ superioris, Scientiæ, Rationes, ubique penetrant, ubi confluentiam invenerint, Anatomix suæ rudimenta confluentes, donorum varietate scientiæ, abditam majestatem proponunt, latanturque, se in vanum non venisse, præsertim, si quod volunt, generatione absolvere possint, sine aliorum resistantia.

*Atqui, non  
ignotum, su-  
periora amica  
sunt inferiori-  
bus.*

*Mine sterili-  
tates, maras-  
mos &c. con-  
tingere ne-  
cessè est.*

Verum superioris Globi, illis silentibus astris, minores longe rebus creatis infundi vires, omnino necesse est. Interdum etiam marasmos, sterilitates & agrorum tabem, calamitatesq; videmus immitti, ut-  
cunq; alimentorum copia & irriga-  
tione frequentissimâ, alimentum  
denegatum, vel rescircio, vel suble-  
vare

pare continentur mortales. Cujus rei  
 innumera possent in medium ad-  
 erri exempla, ni vitium, oleæ, fru- *Experientia*  
 um, arborum, ut fecunditates: sic *testimonium.*  
 ortundem, ut aliorum multorum  
 ex terra nascentium, sterilitates ob-  
 iz essent libique.

Quid ni? Necessè est enim hunc, *Consensum*  
 qui terram ambit, mundum, cum *superiorum &*  
 imperis conversionibus sic continu- *inferiorum*  
 tum esse, ut omnis ejus virtus inde *approbat A-*  
 ubernetur: Nam unde est omni- *ristoteles*  
 us motus principium, prima illa *etiam.*  
 ebet haberi causa, ut lib. 1. Mete. af- *Ut superiora,*  
 firmat Aristoteles, confirmat Ferne- *sic inferiora*  
 us, 1. de caus. rer. abd. 8. & alii Auto- *Fernelius.*  
 res nobiles infiniti.

Qua igitur de causa, quo iure, *Injustissime*  
 uove commodo, tales adhibentur *igitur adhi-*  
 remediorum præparationes, atque *bentur Re-*  
 la propinantur Remedia, ubi non *media illa.*  
 intum dicta jam sæpius sanandi  
 otestas integrè non extrahitur;  
 crum etiam consueta, & ante mul-  
 i secula Græcis atque Arabibus  
 usi.



*Retinentur  
antiquissimo-  
rum Reme-  
diorum For-  
mula,*

usitata Receptorum retinentur for-  
mulae, cum in his omnibus dosis  
omnino sit incerta, & uti probatum  
fuit, merè fortuita.

*Exotica va-  
rie adulterata  
& corrupta.*

Omitto demum Exotica, quam  
varie illa adulterata atq; negligenti-  
us ab avaris quibusdam mercato-  
ribus asservata. Quæso, inquam,  
quot, quales, & quantæ illorum vi-  
res. Quod argumentum, ni supra  
fuiſſet tractatum abundanter, &  
crambe bis cocta, ipsa diceretur  
mors, hîc urgeretur multis.

*Conclusio Ca-  
pituli.*

Quæ etiam ex incerta, fallibili &  
fortuita planè Remediorum dicto-  
rum, Amici mei, quæ tamen omni-  
um debebat esse exactissima, illa do-  
si, proveniant homini mala ingen-  
tia, labes pestifera, atque perniciæ  
extrema, antè, & jam quoq; dictum  
fuit abundanter.

*Petoratio.*

Quapropter, Amice optime, cum  
jam ex allatis in medium argumen-  
tis, experientiæ fide dignissimis, ra-  
tione firmissimis, atque auctoritate  
ampli-

mplissimis, intelligas dilucidè, quoniam non tantum tua medendi Methodus, sit illegitima, spuria & planè empirica: Verum etiam, quibus uteris, tam purgantia; quam alterantia remedia sint venenata, deleteria, corrosiva, impura, injucunda, inefficacia; cum variè inter se confusa, peregrina, naturis nostris contraria, variisq; modis corrupta, depravata & adulterata; tumq; in illis omittantur Lapides, Mineralia & Metalla; sintque præparata ita, ubi non tantum venenata &c. non sit sublata qualitas; Verum potius illis adhibitis præparationibus, & præsertim, in purgantibus; longè sit reddita perniciosior; sintque præparationes legitimæ & spuria; atque demum, quod nulla prorsus, quæ tamen omnium debebat esse exactissima, observetur, nec observari possit ratio; idq; contra Rationem, experientiam atque omnium classimorum Medicorum Dogmata salu-

saluberrima atque in extremam hominum perniciem ; agetur tecum optimè , ubi tuâ illâ medendi methodo atque Remediis omissis studiosè chemicas addidiceris præparationes ; quarum beneficio , non tantùm immensas Naturæ intelliges dotes , verùm etiam tuta , jucunda & efficacia poteris habere Remedia .

Hoc meum est , quod tibi jam do consilium , quod si secutus fueris , laudem mereberis atque benevolentiam ; Cùm sano & consilio re-cto , nihil sit sacratius , utilius , præstantius ; ubi verò obtinueris antiquum , hoc est , errores tuos , in perniciem hominum tendentes extremam , defenderis gravissimè , simul-que nobilem illam veritatem , quâ ut Sole Mundus , ipsa poterit carere facultas Medica , in posterum mendaciis , calumniis & injuriis oppresseris chemicam , certè sustinebis culpam , poenam atque ignominiam .

Con-

Consideres, quæso, excellentem  
 hominis dignitatem; nonne hic ad  
 Dei Opt. ter Max. conditus imagi-  
 nem? nonne Filii Dei redemptus  
 anguine? nonne Dei Spiritus sancti  
 gratia sanctificatus idē? quē si offen-  
 deris, læseris, occideris, pœnas, du-  
 pliciter remoto omni, dabis gravissimas.  
 Certe, certe. Etenim non est aliquid  
 absconditū, quod non manifestetur,  
 nec factum est occultum, quod non  
 producatur in lucem, Marc. 5. Neq;  
 absconditum est nihil, quod non co-  
 gnoscatur, & in palam veniat, Luc. 8.  
 Cum unusquisq; opus fuerit ma-  
 nifestum, quod dies revelabit: quia  
 nigne revelabitur, & uniuscuiusq;  
 qualis sit, ignis probabit, 1. Cor. 3.

Ubi nimirum Filius hominis cum  
 omnibus suis Angelis venerit in  
 gloria sui Patris, Matth. 16.

Cuius ante tribunal tunc nos  
 omnes manifestari oportet, ut refe-  
 rat unusquisque propria corporis;  
 ut ut gessit, reddetque unicuique  
 secundum.

## 224 CAPUT SEXTUM

secundum opus suum, sive bonum  
sive malum, Rom. 3. sic Matth. 16.

Quid? De omni verbo ocioso,  
quod locuti fuerint homines, red-  
dent rationem in die iudicii, Matth. 12.

Etenim ipse Deus illuminabit  
tunc abscondita tenebrarum, & ma-  
nifestabit consilia cordium, & tunc  
laus erit unicuique à Deo, Rom. 4.

Ubi, qui fecerunt bona, in vitam  
procedent resurrectionem, qui ve-  
rò egerunt mala, in resurrectionem  
iudicii, Joh. 5.

Ergo dum tempus, operemur bo-  
num, maxime autem ad domesticos  
fidei, Galat. 6.

Non enim possumus aliquid ad-  
versus veritatem, sed pro veritate,  
Cor. 13.

Quid enim prodest homini, si uni-  
versum lucretur mundum, animam  
verò suam patiatur detrimentum?  
aut quam dabit homo commutatio-  
nem, pro anima sua? Luc. 9.

Hæc

Hæc si poteris, Amice optime, capias consulo; Etenim Amici, DEI vox esse dicitur.

Atqui vereor, ne verba facta sint mortuo; cum serum sit, canes vetulos assuescere loris: & psittacus senex negligat ferulam.

Nobis DEUS jam OPTIMUS MAXIMUS exorandus est unice, ut errantes in viam revocet omnes, disjunctasque hominum mentes, densissimis ignorantiae discussis tenebris conciliet, ut salutarem, beatam & sacrosanctam illam, quam in Filio suo proposuit Unigenito, ob quem nobis benignè offeruntur omnia, tam Naturæ, quàm Divinitatis adepti UNITATEM, socii & cives, coelestis illius Hierusalem, reddamur, æternaque gaudeamus cognitione, pace & tranquillitate.

S

Cui

236 CAP. SEXT. APOLOG.

*Cui*

OPT. TER MAX. DEO,

*Sis*

LAUS, HONOR ET GLORIA,

*In*

OMNIA SECLORUM SECLA,

AMEN.



RESPON.

# RESPONSIO SPECIALIOR,

A D

PRÆDICTAM, ANTI-  
quissima, nobilissima & præstantif-  
sima arsi Medica Hermetica ab antè dicto  
D. GUILIELMO BÖKELIO, illa-  
sam infamiam removendam.

PETRO AMELUNGIO,  
STENDAL. MARCH. BRAN-  
deburg. Med. D. l. p.

SCRIPTA.

*Opprobrium nequam in homine mendacium, & in ore in-  
disciplinatorum assidue erit.*

*Potior fur, quàm asiduus ac viri mendacii, perditionem au-  
tem ambo hereditabant.*

*Mores hominum mendacium sine honore : & confusio illo-  
rum cum ipsis sine intermissione.*

*Sapiens in verbis producet seipsum, & homo prudens pla-  
cebit magnatis, Ecclesiast. cap. 20.*

---

ANNO M. DC. VIII.



IT IS THE POLICY OF THE

GOVERNMENT OF THE UNITED STATES

TO PROMOTE THE INTERESTS OF THE

PEOPLE OF THE UNITED STATES

IN THE PROTECTION OF THE

RIGHTS OF THE PEOPLE OF THE UNITED STATES

TO THE FREEDOM OF THE PRESS

AND OF THE RIGHT OF THE PEOPLE

TO KNOW THE TRUTH

AND TO BE INFORMED OF THE

ACTS AND DEEDS OF THE GOVERNMENT

OF THE UNITED STATES

AND TO BE INFORMED OF THE

ACTS AND DEEDS OF THE GOVERNMENT

OF THE UNITED STATES

AND TO BE INFORMED OF THE

ACTS AND DEEDS OF THE GOVERNMENT

OF THE UNITED STATES



# RESPONSIO SPECIALIOR,

*Ad infame atq; virulentum,  
illud, uti in Prefatione facta fuit men-  
tio, contra antiquæ, nobilis & præstantis Medi-  
cinæ Hermeticæ seu Chemicæ, & meorum studio-  
rum fundamenta solida, à D. Guilhelmo Bø-  
kelio sparsum Epistolium, vel famo-  
sum Libellum.*

**N**E HÆCCE MEA  
PRÆSENS SCRIBEN-  
di opera in grave atque  
intolerabile quoddam ar-  
rogantiæ alicui videretur incurrere  
vitium; & quod necessitati, hone-  
stati, imò humano atque simul di-  
vino debetur Juri, assignaretur, cum  
levitati, tumque temeritati; quam-  
obrem ad scribendum accesserim,  
Illustrissimo nostro Principi in Epi-  
stola dedicatoria hujus Tractatus,

S 3

pro-

promissiones. Quas demum intelliget quilibet optimè, ubi præsens hocce infame, dicti mei Adversarii; quod planè, ne quid dicam gravius, virulentum est; & in quo tot sunt mendacia, convicia & calumniæ, quot insunt periodi, syllabæ, literæ, intellexerit scriptum seu libellum, ejusdemque perspexerit responsionem.

*Famosum illud, de quo jam dictum, Epistolum tale est:*

**A**mplissimi, clarissimi & humanissimi Viri, Præceptores olim debitâ observantiâ colendissimi: Duas esse res, quæ Medicum efficiunt, non vos latet; Rationem nimirum & Experientiam. Medica autem ars cum primûm sit experientiâ inventa, postea tamen ratione stabilita & perfecta est.

Quod cum in confesso sit, fuerunt, qui alterum horum pluris fecerunt,

cerunt, alterum neglexerunt, unde factum, ut Medicorum disciplina in tres Sectas discefferit, aliis observationem sensuum anteponentibus rationi: aliis contra rationem non solum potiore, sed solum Magistrum eligentibus, aliis denique utriusque iudicio simul stantibus. Harum ultima dogmaticorum familia est, utrique superiorum interjecta. Hanc sequimur, prioribus duabus, si qui sunt (quorum plurimi) qui illis delectantur, ii, artis ornamentis solis, fundamētis planè rejectis inhiant: Ideoq; cum corporis naturam, neque communem, neque propriam didicere, solâ experiētiâ nixi, in aqua gestiunt, & anteferri cupiunt, missum facimus: ab his enim pulcherrima ars, jam in varias factiones discerpta, & tam à variis imperitorum audaciumque Medicarum imposturis ac fraudibus lacerata adeò hebescit, ac à prisca eruditione abit, ut dubites.

S 4

agris.

ægrisne, majus periculum intenter  
 indoctus Medicus, an Morbus, pro-  
 pterea quod integræ jam phalanges  
 eorum Medicorum, qui Libitina,  
 paucissimi, qui Aesculapio sacrifi-  
 cant, in Repub. locum habeant.

Hi cum à vera medendi Methodo  
 pellendiq; morbos arte quàm lon-  
 gissimè abierunt, quidlibet potius  
 pati malle videntur, quàm à suis er-  
 roribus inveteratis & sinistris opi-  
 nionibus, vellatum unguem defle-  
 ctant. Ex horum numero novum  
 illud genus τῆς ἐμπειρίας, non do-  
 ctum ut prius, sed indoctum, nul-  
 lisque literis instructum exurgit.  
 Quale est, & Paracelsistarum, qui  
 dum nova artis præcepta fingunt &  
 comminiscuntur, sanioris ac veteris  
 Medicinæ universum fundamen-  
 tum evertunt & convellunt, suamq;  
 novam longè huic præferunt, eam  
 colunt & admirantur, qui dum eru-  
 ditionis inani persuasione (ut fit in  
 illiterata stultitia) turgent & inflati  
 sunt,

nat. omnes, præ se contemnunt,  
 manibus sese anteponunt, nullis se-  
 dedunt, & morbis deploratis se-  
 olos Medicinam adhibere posse  
 alio gloriantur, & credulo populo,  
 qui quavis plumâ levior, turpi-  
 er persuadent, & pro arte, quam  
 non habent, phalerata verba, fucos  
 experimentiolasque quasdam ja-  
 tant, ut pro Medicis habeantur, ra-  
 tionalibus autem nequaquam, ut  
 nunc ars Medica, alioqui divi-  
 nissima (proph dolor) recidisse vide-  
 at, ut in re seria tam temerè ludus  
 sit, quamvis hæc non de lana capri-  
 na (ut Proverbium habet) agatur, sed  
 de capite hominis, deque vita divi-  
 ne creature. Ut autem quisque ejus  
 artis, quam exactè didicit, cupidè  
 exercet ac profitetur, amore delini-  
 us est, ita ad ejus summum perfe-  
 ctionemque, postpositis solis expe-  
 rimentis (nisi ratione confirmatis &  
 stabilitis) studiosè contendit, atque  
 rationales istos Medicos, qui bel-

Jam nature movent, avertatur, & pra-  
xi medica longè lateque arceat, atq;  
pestes humani generis, non sanita-  
tis custodes, nec in benè constituta  
Republ. ferendos censet. Quo fa-  
ctum, ut Impp: quoq; Legibus cau-  
tum sit, nullam ad curas agrotorum  
admitti debere, nisi prius licentiam  
& approbationem probatorum Me-  
dicorum assecutus sit.

Quare cum jam hîc in vicinia no-  
vus quidam Practicus sese ingerat,  
& Medicinæ Studiosum se vendit,  
ac pharmaca nonnulla quotidie  
apud nos preparari sibi curet, quæ  
etsi mihi nonnihil videantur pra-  
xi contraria, & absque ulla me-  
dendi Methodo conscripta, tali ve-  
rò ingenio ac ejus modestiæ sim-  
(quod tamen citra arrogantiam di-  
ctum volo) ut omnibus benè cu-  
piam, nec cuiquam quid detractum  
velim, & à contentionibus & rixis  
prorsus abhorream, stimulo conci-  
entiae meae motus, ad meam Acade-  
miam

miam, ubi prima, cum Philosophia,  
 tum Medicinæ jeci fundamenta, &  
 ad vos, viri Amplissimi, clarissimi ac  
 humanissimi, Amici ac Præcepto-  
 res olim colendissimi confugio: tua-  
 suq; aliorum præstantissimorū quo-  
 rundam Medicorum, experimenti-  
 olas quasdam manu scriptas, hisce  
 literis adjunctis, prænominati mei  
 Antagonistæ transmittito, obnixè vos  
 obsecrans, ut eas revidere, revisis,  
 num hic cum salute ægrotantium  
 ad praxin Medicam admitti possit,  
 inquirere, & pro singulari vestro in  
 arte Medica, Genio & Ingenio, ju-  
 dicium vestrum plenum & perfe-  
 ctum, de hisce Receptis, quæ sæpius  
 mihi bilem movent, ferre, & sub Si-  
 gillo inclitæ Facultatis vestræ per  
 præsentem remittere, ne gravemi-  
 ni: mea enim plurimum interest,  
 ut id agam, qui communium vete-  
 ris Marchiæ civitatum unanimi nu-  
 per suffragio, de novo rursus consti-  
 tutus Medicus sim, ut non solum rō ōi,  
 sed



fed *in di. ſc.*, apud practi-  
cantes ob-  
ſervetur, ne in civium ſuorum ſani-  
tate tuenda ægri ſalute ſuâ ab ejus-  
modi Empiricis, quorum hîc in-  
gens eſt numerus, cùm Medicastro-  
rum Agyrtarum, tùm Theologo-  
rum & vetularum, defraudentur, &  
ne plus mali, quàm boni ſibiipſis  
comparent, morbos pro ſanitate,  
mortem quoq; pro vita, ægris con-  
cilent & adferant, ulteriusque hoc  
Empiricorum genus hîc ſerpat.

Hæc vos Viri ampliffimi, clariffi-  
mi & humaniffimi facturos confi-  
do: præbebitis mihi anſam poſthac  
melius cum ipſis conferendi, & ut  
hi, tanquam peſtes Reipub. à divina  
noſtra arte quàm longiffimè arce-  
antur, inſtigandi. Iterum omnibus  
ac ſingulis fidem meam & ſtudium  
viciffim deſero & polliceor. Valete.  
Anno 1603.

V.

*Guilielmus Bökeliuſ D.*

Hoc

**H**Oc est Epistolium illud, insigni quadam notatum infamiâ, quo Receptorum meorum, furtim ablatorum, gravem, severam & sat rigidam, quem dixi antè, antiquissimæ & nobilissimæ illius Medicinæ Hermeticæ, hostis ille infensus, imperitus tamen, à bonis quibusdam viris, petiit, fastus, invidiæ & inscitæ agitatæ stimulis, censuram.

Quorum judicia, hîc, duo saltem (reliqua enim, quæ aspiciant lucem, vix digna) ut adducantur in medium, ipsa rei postulat necessitas.

*Illorum primum tale est.*

**S** Intelleximus, doctissimæ & clarissimæ viri, ex literis tuis, venisse ad vos, non accersitum quendam Medicinæ Studiosum, Pseudo-paracelsistam, non instructum Medicarum rerum peritiâ, qui cum novit, te provincialem esse Medicum, & curationes ægrotorum tibi commendatas, nihilominus te insaluta-

lutato, non designatus Medicus, neque publicum & solenne testimonium, profectus sui in arte Medica exhibens, novâ & insolenti curâ, pretextu secretioris Medicinæ, apud vos insinuare, & praxin Medicam, audacter & indecenter exercere, reque in hoc negotio auxilium, consilium, mentem & manum nostram implorare.

Non permittunt Statuta nostra, neq; aliarum Academicarum, & optimè constitutarum Rerum pub. Medicinam facere ei, qui ejus faciendæ facultatem à legitimo Doctorum consensu non accepit, & juxta majorum ritum publicum testimonium impetravit. Credo, tibi in recenti memoria esse, Ordinarium Academicæ hujus Mathematicæ Professorum promotum Magistrum, Medicinæ Candidatum, difficulter à Collegio medico, artis exercitiū impetrasse. In monte Pessulo, urbe Galliæ, obsoletam Medicam artem celeberrima, qui

qui praxin exercere velit, & Doctorum censuræ & suffragiis se subicere recusat, si exterus sit, urbe ejicitur: Domesticus verò asino imponitur, vultu ad caudam converso, daturq; ei in manum cauda, loco freni, hoc modo per plateas urbis, fece populi & puerorū insequente & acclamante catervâ, circumducitur, & hac ratione Medicaastro illuditur. Noribergenses quoq; exteros poenâ relegationis, domesticos & incolas multa decem thalerorum, quoties in hoc peccant, puniunt. Et si verò nō ignoramus, suffragia doctorū non facere Medicum, sed studia: ex re candidatorum Medicinæ esse judicamus, si publicè creentur & designentur Medici? Habituri n. sunt hac ratione testimoniū, ipsos esse artifices, qui usui esse multis possint, & quibus non immeritò fides hujusmodi in rebus sit præstanda vel adhibenda. Eodem modo, ut indoctos & rudes sic Paracelsi *τερατολογίας*, & alias Medicinæ

COR-

corruptelas, cum Hippocratis, Galeni & Avicennæ doctrina pugnantes, penitus ex Academiis & Rebus publ. Statuta Academiarum & Rerum publ. eliminant & explodunt.

Nos chymica Remedia, si rectè parentur, nec indoctè, quod plerumque fieri solet, usurpentur, minimè improbamus, imò illa suam laudem mereri, ingenuè pronunciamus. Sobrium tamen eorum usum esse volumus, & non nisi in chronicis morbis, unà cum Matthiolo & aliis adhiberi: qui id faciunt, illis rectè, ut soli periti, utentur, reliqui, ut imperiti homines, iis etiam, ut optimis Medicamentis abutentur.

Ignotus est nobis & innominatus, qui se apud vos insinuat, & Medicamenta sua chymica *ut supra* extollendo, tuis civibus obtrudit, & dubium apud nos, an idem cum expressa Senatus permissione id faciat, & an artem hanc in Academiis

de miis didicerit, & quos habuerit Præceptores. Scitum enim est illud Socratis, ut quicumque artifices haberi volunt, Præceptores, quos nominent, habeant optimos, tum quorum opera instituti aut præcepta secuti fuerint.

Apparet ex Receptis, cum tuis literis in eundem fasciculum conjectis, hominis illius, cum in compositionibus Medicamentorum, tum etiam in curationibus morborum imperitia, dum non justâ ratione & methodo, Medicamentis illis novitur, quibus hac ratione infamiam conciliat liquoribus (cur non aquis destillatis, ut novator videatur) sulphure, Calamenthi, Fœniculi (cur non tinctura? ut insolens sit curatio) sale, spiritu, neglexit Effata, Essentias, Elixiria, quæ nova & inusitata nomina suis pharmacis, ut populo facilius imponant, indunt. Et cum maxima pars morborum, his in locis ex cacochymia oriatur & plenti-

T

tudi-

rudine, quæ vacationem per Medicamenta indicant, miramur illum nullos ferè purgare, & si in uno atque altero (vix duos, in toto libro Receptorum transmissis inveniri existimamus) purgantibus utitur, illa non iustâ quantitate exhibet, vel illa admiscet, quæ ad rem parum, aut nihil faciunt.

Quare si sic homo, Chymica sua sine Methodo imprudenter adhibere perrexerit, & examini se non subjecerit, vel testimonium à suis Præceptoribus, sui in hac arte profectus produxerit, ut hac ratione ipsi liberum sit, & liceat ad functiones & opera Medica accedere, Magistratus ejus loci admonendus est; ut ejus temeritatem & audaces conatus reprimat, & pharmacopoeo, ne ejus medicamenta præparet, serio injungat: Posses tu quidem ex aliorum judicio & consilio ad hac aliquandiu connivere, nam talium Medicorum nomen, quos vulgus

(inanis

(inanis p̄terunq̄ue æstimator) tantum probat, hodiè viger, cras evanescit; verum cum tibi curæ & cordi salus tuorum civium fidei tuæ commissorum esse debeat, qui à talibus sæpè, & quidem impune in vitæ discrimen deducuntur, non cunctandum, sed tempestivè, huic malo remedium inveniendum. Quod si suos fautores & patronos, cum ex receptis illum senatorii ordinis virum curasse, appareat, inveniat, fatum finistrum nostrorum hominum accusandum est, qui vanâ spe lactari volunt, & enunctis marsupiiis in vitæ discrimen adduci: Verum hi, cum deinceps vident, suos clientes, majores strages agrotantium edere, quàm victorias ex morbis convalescentium reportare, tandem magno suo damno se id fecisse cognoscunt, & cognoscant amplius, si eos commendare & promovere non desinent.

T 2

His



His vale, & si ulteriùs studia & operam nostri collegii in hoc negotio requisiveris, nos pro virili, nulla in parte tibi defuturi sumus. Pridie visitationis Mariæ Calend. Junii, Anno 1603. *Hoc primum est.*

*Judicium secundum sic  
habet;*

**S** Recepta, quæ transmittis N. magis ad ostentationem paracelsicæ Medicinæ sunt conscripta, quàm efficacia ut ea existimem, siquidem, ut ex Receptis videre est, scriptori nihil de Paracelsi doctrina constat. Tu si hic Pseudomedicus, quos habet fautores, æquo animo feras, & temporis cede, sunt enim homines *ὑπερφύλακται τῶν εἰωθῶτων ἢ θαυμαστὰ τῶν αἰσίων.* Vale.

Hoc quoque secundum est, contra antiquam, nobilem & præstantem illam Medicinam Hermeticam seu Chemicam, quâ mea etiam nuntuntur studia, allatum Judicium.

*REF-*

REFUTATIO LI-  
BELLI FAMOSI.

Cujus famosi istius Libelli vel Epistolii, quo apud omnes, tam veritatis, quàm honestatis Studiosos assiduos, non tantum antiquæ, nobili & præstanti Medicinæ jam dictæ Hermeticæ; verum etiam meis studiis, apud imperitos æternam conatus fuit conciliare infamiam, insignem perniciem, summam atque pestem extremam, antè dictus veritatis hostis ille infensus, imperitus & invidus, ob oculos ut collocentur omnium, atque in lucem reponantur clarissimam, atrocitas, acerbitas, mendacia, convicia & calumnia, ad singula ut respondeatur ordine, requirit æquitas, & suo quodam jure, ipsa repetit, postulat atque simul efflagitat necessitas: Cum aurea illa REI VERITAS, ad mendacia & convicia abolenda, & calumnias abstergendas quasvis, sit potentissima,

fortissima, robustissima, uti lib. de Arte refert Hippocrates.

Quia licet eadem, Deo Opt. ter Max. ad tempus sic connivente, (multa enim, sic ob peccata & scelera commissa humana multifariam, à divina & suprema illa in poenam conceduntur MAJESTATE mortalibus) premitur; non tamen opprimitur prorsus; sed tandem collectis viribus, adsumptoque, & animi & corporis robore, insignia atque ampla de hoste reportat aufertque spolia.

Quod infame jam dictum Epistolum, partes continet duas, Generalem & Specialem.

Generalis, clandestinam quandam, fundamenti instar, ad futura mendacia, convicia & calumnias stabiliendas, obtinet viam preparatoriam.

Generalis illa pars iterum partes continet duas: quarum prima de inventione Medicinæ ejusdemque  
agit

agit in Sectas partitione. Altera, mendacia, convicia & calumnias in Hermetis, vel Chemicorum, cujus etiam Studiosus extitit Theophrastus Paracelsus Medicinam, ejusdemque Cultores, tanquam suae acerbitalis pestilens planè virus, turpiter atque imperitè ejectas, collocat ob oculos.

Specialis pars, negotium continet ipsum.

Verum adducenda primum sunt singula, atque ad eadem respondendum est ordine.

1. Generalis illa pars prima, inventionem allegat Medicinæ, ubi scribitur, quod Experientiâ inventa, Ratione verò stabilita sit ars Medica.

Quod apertissimum, cum maxima conjunctum imperitia, est mendacium; Etenim, si DEUS OPT. TER. MAX. primis mox Patribus, ipsam patefecerit Medicinam, uti Tractatu meo primo demonstratum  
T 4 fuit

fuit abundanter; quâ ratione, quæso, illius artis, ad quam nulla humani ingenii potuit penetrare acies, experientiæ humanæ, & præsertim Ethnicorum, adsignabimus inventionem.

Quapropter altiorem & digniorem sibi ipsa Medicina, idque suo quodam jure, cum vendicet originem, turpiter te hîc falli, & quidem insigni te quodam imbutum esse Ethnicismo, quis est, qui non intelligat clarissimè, Amice optime?

Etenim quid, ipsum ingenium humanum, tantis & tam densissimis, ob, & post hominis primi lapsum iniustum illum, obvallatum atq; penè immersum tenebris, absque divino illo potest Numine; quo cum ipsi fuerint destituti Ethnici, quid quæso ab illis boni, verivè profectum, qui certe, nisi à viris sanctis, aliquod literarum mutuassent lumen, nunquam certe in illorum animis aliqua lux effulisset doctrinarum.

Cujus

Cujus rei magnitudinem cum etiam ipsi intellexerint Ethnici, ipsis etiam Diis, Medicinæ inventionem retulerunt acceptam.

Confirmatur hæc sententia, inter alios, à Galeno, lib. Introd. cap. I. & 2. ubi scribit aperte, quod Græci, uti artium inventiones, vel Deorum, filiis, vel quibusdam eorum propinquis, quib<sup>9</sup> Dii primam artem omnem communicârunt, retulerint acceptas.

Sic Medicinæ, eadem ratione, Esculapius, qui tamen primus ab Apolline patre institutus fuit, extiterit inventor.

Ex quibus videre licet manifestè, unde orta sit ipsa Medicina, nimirum ab ipso Apolline; per quem supremum illum Apollinem, ipsum nempe DEUM OPT. TER. MAX. omnis boni datorem, qui primis mox Patribus ipsam revelavit Medicinam, hîc intelligi, quis est, qui non videat clarissimè.

T ;

Quam

Quam divinam artem apud Ethnicos & Græcos etiam (cū ipsam non tantum, & coeli & terræ Dominum spreverint, verum etiam eundem summā affecerint ignominia) ferè extinctam fuisse, testantur historia. Quemadmodum etiam refert ex Herodoro Galenus, lib. Introd. cap. 1. & 2. ubi scribit, quod Hippocrates primus apud Græcos perfectam, quam Rationalem vocat, cujus sit autor & princeps, in lucem produxerit Medicinam.

Verum quod ipse Hippocrates illius Medicinæ rationalis non sit author, ex ipsomet apparet Hippocrate abundanter.

Ubi scribit Hippocrates de Juram. Quod sub Præceptore didicerit Medicinam.

Ubi Hippocrates de Medicina prisca, integrum conscripsit librum, in quo explicat clara & solida antiquorum Medicorum, de Medicina

cina illa jam dicta Hermerica, Dogmata!

Ubi scribit Hippocrates de Medicina jam dicta prisca, quòd in Medicina jam pridem omnia subsistant, in eaque principium & via sit inventa, per quam præclara multa, longo temporis spacio (more tamen Ethnicorum) sint inventa, & reliqua deinceps inveniantur, si quis probè comparatus fuerit, & ex inventorum cognitione, ad ipsorum investigationem feratur.

Ubi lib. de Carnib. scribit Hippocrates, quòd jam antè de Vi& Rat. scripserint Medici.

Ubi lib. de Vi& Rat. in Acut. scribit Hippocrates, quòd Medici veteres, non effatu dignum quid, de illa materia commendârint posteritati.

Ubi de Loc. in Hom. scribit Hippocrates, quòd sibi ars Medica inventa videatur, quòd ars Medica  
toto



toto sit firma , ejusque præceptiones sint pulcerrimæ ; quòd explorata sint morborum Medicamina!

Ex quibus omnibus apparet dilucidè, quòd ipse Hippocrates , ut refert Galenus, illius, quam mandavit literis, non sit statuendus autor Medicinæ.

Hoc quidem tam verum, quàm quod verissimum , quòd ipse Hippocrates, antè dictæ, à Patribus, & Hermete præcipuè excultæ Medicinæ, quæ illo sub seculo, hinc inde habebatur sparsum , collegerit, redegerit in ordinem , atq; simul quantum ei concessum , ab erroribus repurgârit atque illustrârit.

Cujus Medicinæ antiquissimæ, ab Hermete relictæ, aliquot, & quidem illustria , in Hippocrate apparent documenta.

Qui si in splendida illa vixisset Evangelii luce, atq; eidem aliquantulum clariùs , clarissimum, illud dictæ jam Hermeticæ Medicinæ, efful-

fulfisset jubar, longè aliam ab illo viro, qui laude omni est dignissimus, dubio remoto omni, scriptam haberemus Medicinam.

Nos hodierno die constitutam habemus artem Medicam, quam ubi addiscimus, sive exercemus, aut etiam novum quid, Deo favente, non illa invenire contingit, certè nemus bruta, omni carentia ratione, omnibus destituta sensibus, necesse est; verùm potius utendum sit ratione, utendum sit experienciâ, quibus, non tantùm in artè Medica, verùm etiam in Philosophicis, sine quibus illa percipi nequit, singula apprehendenda, intelligenda, judicanda.

Si qui igitur fuerint, qui tam linguarum, quàm rerum & naturalium & praternaturalium neglectâ scientiâ, experienciâ, hoc est, morborum, symptomatum atque remedium cognitione imbuti levissimâ (quos communiter vocamus Empi-

Empiricos, qui ad Naturæ arcana  
 capeflenda, tanquam afini ad lyram  
 apti sunt, & potius ad haram rele-  
 gandi, quàm ipsi præfigendi aræ) am-  
 plissimam artem invadant Medi-  
 cam, quis unquam audacem, teme-  
 rarium atque in extremam Reipu-  
 blicæ perniciem tendentem illo-  
 rum laudabit conatum, ausum, pro-  
 positum.

Qui omnes nebulones pessimi,  
 quales sunt Agyrtæ, Stelliones, cir-  
 cumforanci, quidam barbarum ton-  
 fores, vetulæ quædam, & alii sua-  
 rum vocationum desertores, qui  
 promissis ditissimi, operâ ipsâ verò  
 omnium sunt pauperrimi, iustissi-  
 mo atque simul gravissimo affici  
 quidem debebant supplicio.

Verùm permittente Deo Opt. ter  
 Max, in pœnam mortalium, illis  
 quoque hacce effceta & senescente  
 Mundi senectâ, ubi ad interitum se-  
 ftinare, & quasi ruerè videtur  
 omnia, relinquitur locus, ut nim-  
 ram

m, qui vel latent; vel legitimo ser-  
 oducunt Magistratui, instar Sica-  
 rum clandestinorum, venenatis;  
 heteriis, corrosivis, ingratis, im-  
 ris &c. in quibus nec dosis, nec  
 reparatio, nec methodus medendi  
 servatur, nec observari possit ulla;  
 gulent sceleratos; cum expresse  
 scriptura dicat, Quod illis, quos  
 ret Deus, suum mittat Medicum:  
 quitur contra, quod illis, quos ob-  
 lera, pro odio habet, tales etiam  
 dictos sceleratos, in poenam im-  
 mittat Sicarios.

Quam jam ante dictam antiquis-  
 nam, nobilissimam atque huma-  
 nogeni utilissimam Hermeticam  
 Medicinam, ipse Cacodæ-  
 on, antiquus ille Draco, Diabo-  
 s, per sua organa, in, & cum quib-  
 us est efficax insigniter, quam-  
 s oppugnârit acriter, atque ita;  
 illam ipsam ereptam omnino cu-  
 erit mortalibus: ipsa tamen contra  
 omni-

omnium hostium fortissimorum, etiam insultus nefarios, atque conatus planè audaces, immota stetit, mansitque prorsus eadem; dum ipsa divina MAJESTAS, illis, qui crederent corde atque ad salutem eandem confiterentur ore, non tantum conservârit integram, successusque, illam addiscendi felices, atque simul potestatem exercendi concesserit liberam: Verùm etiam illis ipsis solida atque firma, Sapientiam nimirum atque Eloquentiam, contra audaces atque sceleratos planè imperitissimorum atque invidorum hostium insultus, defendendi, benignè suppeditavit instrumenta.

Quod beneficium amplissimum, erga DEUM OPT. TER MAX. adorandum nostrum DOMINUM, si quis mente, non tantum non agnovit gratissima, verùm etiam idem, ut hostis calumnietur, obscuret atque opprimat, laboraverit obnixè, certè ab illius domo malum, malum

lum inquam, recederet nunquam.

2. Medicinam in varias abiisse olim Sectas, quod scribis; mirum certe illud non est; Etenim tunc temporis, clarissima illa crepta luce, Rerum Natura, crassis occultata atque circumflisa, abijceret tenebris, atque ita, ut Inimici humani ingenii acies esset tanta, quæ, quid verum rectumque esset, perspiceret; eveniebat, quæ omnibus Rerum contingeret sapientia minimè.

Quamobrem illæ illæ Sectæ, ab antiqua illa & legitima Hermetica Medecina deflecentes, exitiòre, corruptelæ atque potest.

Quarum prima Empirica, altera dicta fuit Methodica, referente Galeno, Introd. cap. 3. & 4. Et de Opt. Sect. ad Trasylb. cap. 8.

Illam notant concursus symptomatum; non ad morbum, neque ad causas respectus; Deinde in concursibus medicaminum congruentiam, per usum, observatio; Tertiò,

V

exper-

expertorum, antea historia; Denique ad simile transgressus.

Hanc evidentium similitudinum inspectio, vel communitarum apparentium cognitio, teste Galeno, Intpod. cap. 2. 823.

Quos omnes, duobus illis additos sedis, cum neque Philosophiz, quam præcipue, tam Hippocrates, quam Galenus edim requirebat in Medico, multo minus Medicis ullam habuerint cognitionem, è Repub. Medica fuisse exterminatos; antiqua rerum gestarum referunt monumenta. Ætate hæc nostrâ, indoctissimis, audacissimis atque impudentissimis illis hominibus, in extremam totius Reipubl. Christianæ natis, atque in poenam multorum reservatis, relinqui atque concedi apud mortales locum, quis est, quæso, humani generis qui non doleat vicem, ob quorum imperitiam, audaciam atque impudentiam, nobilis illa ars Medicinæ ab im-

ab imperitis, quamvis habeatur contemptui, uti de Lege referebat olim quoque Hippocrates: Veritati attamen & virtuti quid offecerit illud? quod enim levis quidam à scarabæo excitatus pulvisculus, clarissimo Solis jubari, hoc scelesti & imperiti illi Rerum homines, Veritati, Virtuti & Honori afferunt detrimenti, incommodi, noxæ. Hinc certè indigni, quorum nomen ad posteritatis transmittatur memoriam.

Atque hæc, de prima generali parte famosi illius Libelli, in medium allata sufficiant.

Altera generalis sequitur pars, famosi illius Libelli, insignem illam infamiae continens notam, quam Hermeti, cuius & Paracelsus cultor est, ejusdemque Medicinæ Affeclis conatur temerè inurere.

Ubi certè, tot sunt mendacia, tot convicia, tot calumniæ, ut manifestam taceam contradictionem, quot



continentur periodi, syllabæ, literæ.  
Dixeris certe aliquot plaustra, vel  
naves mendaciis, conviciis & ca-  
lumniis planè virulentis onustas;  
imò mendaciorum planè Iliada.

Quæ in lucē ut referantur omnia,  
& quidem ordine, Christianæ in-  
terest Republicæ. Et quidem,  
I. Refertur, antiquum illud Empi-  
ricorum genus fuisse doctum; jam  
apertè dictum fuit, quòd nec commu-  
nis, nec propriæ naturæ hominis lu-  
buerit scientiam, quæ quoque sen-  
tentia confirmata à Galeno fuit, ni-  
mirum, quòd illi Empirici, despectâ  
Naturæ scientiâ, nec Physici, nec fu-  
issent Medici.

En manifestam contradictionem.

En oblivionis campum.

Certè, nonnè tu cum illo merito:

*Est mihi displicuit sapere compacta cicatrice  
Fistula.*

2. Quòd ex illo antiquo Empirico-  
rum Medicorum genere novum  
illud est hæreticum, quale Paracelsi-

rumi

rum ortum sit. Insigne hîc, atque simul protervum mendacium, quis est, qui non deprehendat aperte?

Etenim si illam, cùm Physicam, tumque Medicinam, quam DEUS OPT. MAX. primis mox Patribus revelavit, eandemque cum ingenti aliorum præstantissimorum Philosophorum copia, Rex, Sacerdos atque Philosophus Aegypti maximus, tractavit nervosè Hermes, excoluerit Helvetius ille Theophrastus Paracelsus, atque eandem densissimis obductam tenebris, priori restituerit luci, quis hominum mente compos, dicti jam Theophrasti Medicinam, jure ullo, accusabit novitatis.

Quod imperitum, atque illius hominis mendacium plane insigne, cùm sit demonstratum dilucidè, non tantùm ab ipso Theophrasto illo Helvetio, verùm etiam ab aliis Viris clarissimis, excellentissimis, doctissimis, & præsertim magno illo

Petro Severino, pluribus hinc non eger refutationibus.

Tamdiu igitur insigni illa, quâ conatur afficere alios, quamdiu non dictos jam Autores refutârît solidè, atque demonstraverit contrarium, non liberabitur infamia, imperitus & protervus ille Naturæ hostis.

3. Quod si illud veritati sit consonum, uti allatum jam, quis quæso sapientiâ & candore imbutus animi, non intelligit hîc clarissimè, imperitiam summam, audaciam insignem, atque animum mentiendi hominis illius cupidum, ubi affirmare non erubescit, quòd illa, quam posteritati commendavit licent. Theophrastus ille Helvetius, Medicina, ex dicto empiricorum Medicorum genere orta sit atque nata? Etenim demonstratum fuit superius, quòd illi Empirici, nec sanitatis, nec morborum, multò minus Remediorum causas rehererint ullas.

Illis nē igitur Empiricis à Deo benignè revelata Patribus, Hermetiq; studiosè exculta, atq; pristino à Germano illo Theophrasto restituta nitori annumeranda illa Medicina.

Istine, inquam, Empiricorum generi adscribenda est Medicina, Theophrasti Paracelsi nimirum, qui substrato, non ex putidis Ethnicorum lacunis, sed limpidissimis Israëlitis fontib<sup>9</sup>, ipsis nimirum sacris literis, fundamento solido, ducentos inter alios & triginta scripsit in Philosophia: Et quadraginta sex in solennitate edidit Medica: Et duodecim emendavit in Republica: Tumq; de Mathematica arte septem construxit Libros, uti Refert Valentinus ille de Retiis.

Qui ob hoc, antiquam, nobilem, pstantem atq; humano generi necessariā Hermeticam, sive Chemicā illam artē Medicam, studio indefesso ad pristinā suæ autoritatis revocavit laudem, honorem atq; dignitatem.

Qui in intima Naturæ viscera, sic  
 penitus introiit Metallorum, stir-  
 pinumque vires & facultates, tam in-  
 credibili ingenii acumine explora-  
 vit, ac pervidit ad morbos omnes,  
 vel desperatos & opinione homi-  
 num insanabiles procurandum, ut  
 cum eodem nata primùm Medici-  
 na perfectaque videatur, ut in Tra-  
 ctatu meo primo, ex magno illo Pet.  
 Ramo adductum fuit; Qui non tan-  
 tùm, uti Rerum naturalium omni-  
 um, sic etiam sanitatis, morborum  
 & medelæ, tam remotas, quàm pro-  
 ximas, nobilissimæ artis Chemicæ  
 operâ solidas investigavit causas, ri-  
 tiones & fundamenta, quò ad illius  
 Summi, quod totius Naturæ nu-  
 cleum; Balsamum, Mercurium, Ma-  
 teriam primam & perlatam, Man-  
 nam, Elixir, Spiritum naturalem,  
 Essentiam Quintam, Naturæ Arca-  
 num, & ut perscrutatores Naturæ  
 appellant, perveniret, cognitio-  
 nem: verum etiam dictæ jam artis  
 bene-

beneficio ejusdem Chemica, ex Vegetabilib<sup>9</sup>, Animalibus, Lapidibus, Mineralibus & Metallis, ex quibus desumenda sunt Remedia, impurum à puro, venenum à Medicina separaret, ut tuta, jucunda & efficacia haberet Medicamina, quæ eadem, legitimâ medendi adhibitâ Methodo, humanis debite applicaret necessitatibus.

Illumnè doctum, studiosum & rerum naturalium virum peritissimum, vocemus Empiricum, nullisque instructum literis appellemus hominem; Illumnè doctorum & bonorum omnium excludamus numero; Illumnè mendaciis, conviciis & calumniis obruamus virulentissimis?

Abfit, abfit certè; Ni Deum Opt. ter Max. qui ultionis dicitur Deus, ob summam hanc nostram ingratitude offendentes atrocissimè, hic illique poenas sustinere velimus gravissimas.

V

Ex

Ex quibus dictis omnibus cum  
pareat dilucidè, quòd Theophrastus  
ille Helvetius non sit Empiricus,  
non indoctus, sed rerum natura-  
lium peritissimus, tumque Medi-  
cus summus.

Quis, quaeso, bonorum adscriptus  
numero, hic non intelligat, videat,  
atque simul perspiciat clarissimè,  
hominis dicti imperitiam summam  
atque protervum, malitiosum, te-  
merarium, tumque cupidum men-  
tiendi, conviciandi atque calumni-  
andi animum.

Quae res hic à me adduceretur  
pluribus, atque in lucem collocare-  
tur clarissimam, nisi illam ipsam in-  
ter alios multos, ille, cujus fama  
omnino debetur immortalitati,  
clarissimus & excellentissimus ille  
PETRUS SEVERINUS, paucos  
ante annos, Regni Daniæ Archia-  
ter, ille felicissimus, demonstrasset  
solidè.

I

V

Qua-

Quapropter insigni illâ infamiae notâ, quam dictus ille veritatis hostis imperitus, audax ac impudens, antiquæ, nobili atque præstanti dicitur Medicinæ Hermeticæ cohabitare, tam diu ipse sit notatus, insignitus, nobilitatus, quam diu ipsam Hermetem, Theophrastum Paracelsum, Severipum, atque reliquos Chemicæ Facultati studiosè devotos, non refutârit soluto.

Accedit denique, quod, cum duobus meis Tractatibus, & præsertim illorum Secundo, rationibus sit stabilitum firmissimis, illum jam sapius dictum Veritatis hostem merum & totum esse Empiricum, hoc est, indoctum, vel empiricum Medicum, cum ipsius Remedia, non tantum sint venenata, deleteria, corrosiva, impura, & humanæ Naturæ adversa, peregrina, in quibus nec dosis, nec preparatio legitima observatur ulla:



ulla: Verùm etiam medendi Methodus planè sit inartificialis & empirica, idque contra Rationem, Experimentiam, atque omnium artis Medicæ Procerum salutaria constituta Dogmata; sequetur, malum ipsum, quod præparavit aliis, in ipsius proprium caput redundare pestem, labem atque perniciem.

4. Quòd fingant atque comminiscantur Paracelsi, sive potius Hermetis additi Medicinæ, nova artis præcepta, uti, dictæ jam artis Hermeticæ scribit hostis, quis est, qui hîc non apertissimum quoque deprehendat mendacium? Demonstratum enim superius fuit rationibus solidis, quòd illius Medicinæ, quam excoluit Theophrastus ille Helvetius, autor non sit, sed potius, primis mox Patribus, à Deo Opt. ter Max. revelata atque olim studiosè ab ipso sæpius dicto Hermete excultata, tumq; ab ipso Hippocrate, quantum ei, tantis in tenebris concessum fuit,

fuit, acceptata, tractata atque illustrata. Quapropter nec novam, nec fictam quandam esse illam, quam ipse introduxit Theophrastus ille Helvetius, artem Medicam, patet dilucide.

5. Veretis etiam & sanioris Medicinæ universum quod evertant fundamentum, atque convellant iidem, didicissimam Hermeticæ addicti Medicinæ, certè insigni non caret quoque mendacio, sicuti & præcedens insignis & impudens illud mendacium, ut diluam aperte, res multis non indiget probationibus? Etenim si Theophrasti illius Germani, tam Physicæ, quam Medicæ artis præcepta, ita constituta, ut vera sint, & quidem perpetua, æternaque, cum utilia, tamque jactis principiis consentientia, ut refert Galenus, de opt. ad Thrasib. cap. 1. & 4. Vel sint κατὰ πάντας, hoc est, de omni; cum κατὰ αὐτὸ hoc est, per se, & κατ' ὅλην πρῶτον, hoc est, universaliter prima; sicuti hinc

hinc inde in suis operibus, postu-  
rari commendatis, reliquit Magnus  
ille Petrus Ramus, ex Aristotelis  
post. Analyt. lib. 1. cap. 3. cenè, nec  
fingit comminisciurque nova Me-  
dicæ artis præcepta, nec veteris &  
sanioris universitatis Medicinæ fun-  
damentum everit, convellitque  
nequiter, nec utitur Experimen-  
tiolis ipse Theophrastus Paracelsus

Atqui verum prius.

Ergo & posterius.

Syllogismi antecedens, cum Ari-  
stotelis, Galeni, tumque Rami con-  
firmata jam fuit autoritate.

Consequentis veritatem, si mul-  
tis demonstrarem rationibus, den-  
sissimas ipsi luci clarissimæ offunde-  
rem tenebras.

Cujus, inquam, rei veritas, ipsius  
jam sæpius dicti Theophrasti, poste-  
ritati commendatis Scriptis; non  
tantum, verum etiam Hippocrate,  
Petro Severino, atque aliis pluri-  
mis, tumq; meis hisce editis scriptis,  
cum

imposita ob oculos collocata omni-  
um clarissime, certe ipsa, inquam,  
ei veritas, magis hic ample non eget  
atrocinio.

Quapropter insigni, & quidem  
notâ illâ, cum ignominia, tum  
que infamie notâ, quam vias illis  
ummiis, hostis antè dictus veritatis  
insensissimus, conatur inferre, cum  
a proprium ipsius redundet caput,  
iberabitur nunquam, nisi jam di-  
tos, & eruditione & autoritate  
itos præcellentes, argumentis re-  
utârit, & quidem solidis.

i. Mendacia, convicia atque ca-  
umnias planè esse nefarias, intelli-  
git quilibet, ubi sceleratæ super-  
bia, atque intolerabilis omnino  
adantia accusat Theophrastum,  
illum Germanum, ejusdemque  
Assclas.

Quæ certè crimina admodum  
gravia, nec decere, neque cadere in  
philosophos, manifestum est.

Et si

— Et si quæ essent, certè ad astem-  
quid illa? Personarum illa, Arti-  
cum illa, non Artis sunt.

Nonnè hæc vicia enormia, in-  
tuum ipsius regurgitant caput. Cer-  
tè aliorum te prosteris Medicinis,  
cùm ipse mor tu seateus uolentibus.

Quis etenim te superbior, quis te  
arrogantior, quis te fastuosior? Cen-  
sorem te, iudicem te, corycæum te;  
non tantum Hermetis, Theophrasti  
Paracelsi, eorundemque Affec-  
tum Medicinæ, verum etiam meo-  
rum studiorum constituis ipsum.

Atqui, à quo tibi illa potestas, fa-  
cultas, authoritas? Quis tibi hoc de-  
mandavit, quis commisit, quis in-  
iunxit? En incredibilem hominis  
fastum! en intolerandam hominis  
superbiam, arrogantiam, jactan-  
tiam, audaciam, temeritatem.

Quis quæso unquam Vir doctus,  
rejecit Galenum, repudiavit Hip-  
pocratem.

Non-

Nonne probatum hisce meis Scri-  
is fuit abundanter, quod ipsa Hip-  
ocratis Medicina, neque Hermec-  
i, vel Theophrasti illius Helvetii,  
que reliquorum Chemicorum  
dogmatis repugnet atque adverse-  
ret. Amicus Socrates, amicus Pla-  
to, sed magis amica Veritas. Pro-  
unda omnia, & ex illis, quod bo-  
num est, retineri, Scriptura jubet di-  
vina. Experimentis quoque non  
hermeticæ addictos Medicinæ, sed  
potius, te ipsum mihi, hisce meis Scri-  
is, firmissimis convictum fuit ra-  
tionibus.

Quapropter vides aperte, ipsam  
ali pestem, quam imputasti aliis  
bonis viris, in tuum ipsius redun-  
te caput, cervicem, jugulum.

Hæc illa fuere amplissima, quibus  
atque nobilem illam Me-  
dicinam Hermeticam, ejusdemque  
adidosos, assiduos atque diligentes  
seclas, imperitus, invidus atque  
festus ille veritatis hostis, ornat  
X atque

atque exornat, insignia, verum, quæ ratione mendacia insignia, convicia nefaria, atque calumniæ illæ planè diabolicæ, persistant, unâ fuit allegatum.

7. Sequitur jam, infantis hujus Libelli propositio, sive Antecedens. Quapropter, eum artem Medicam exactè didicerit atque profiteatur, hiece vir doctus, ita amore ejus delinquit, est, ut irracionales Medicos, quales sunt Medicinæ addicti Theophrasticæ, vel potius Hermeticæ, cum non Theophrastus, quam excoluit, Medicinæ illius autor sit, tanquam pestes, exterminet, insectetur, neque in benè constituta Republica censeat ferendos.

En mentiendi, conviciandi, calumniandi, & Medicos reformandi causam, fontem, libertatem!

En factum hominis insignem & jactantiam protervam!

Atqui, veterem & veriore illam jam sapius Medicinam dictam, Hermeti-

meticam, illum hominem, ne quidem primoribus, quod dicitur, degustasse labris, eundemque potius merum & purum esse empiricum atque irrationalem planè Medicum, cum tam venenatis, deleteriis, corrosivis, impuris &c. in quibus nec præparatio, nec dosis observatur ulla, contra Rationem, Experientiam atque omnium Medicæ artis Procerum medendi Decreta, cum detrimento mortalium maximo, utatur hîc, atque in Tractatu meo secundo, præsertim, rationibus fuit stabilitum firmissimis.

Quapropter cum non Medicinæ addicti Hermetica, sed Ille potius irrationalis & empiricus sit Medicus, qui bellum naturæ mover, tanquam humani generis pestem, exterminandum illum, neque in bene constituta Republ. ferendum esse, quis est, quæso, qui non censeat?

Generalis jam dicti Libelli famosus, pars fuit utraque.



Specialis sequitur, in & contra meam directam personam & studia. In quibus ipsius verbis tot iterum observantur mendacia, convicia & calumniae, quot insunt periodi, quot syllabae, quot literae. Quae adferenda in lucem.

1. Illorum est, quod sum in vicinia non hinc in urbe Stendal.

Quis quæso impudens hinc non deprehendat mendacium? Certe nonne eò sic mentitus fuit turpiter, ut eò magis magisque bonos illos viros, quibus mea ignota erant studia, turpissimis mendaciis deceptos in suam perduceret sententiam.

2. Est, quod me ingesserim.

Insigni hoc quoque non caret mendacio, convicio & calumnia.

Quod enim necessitati attribuendum, quod æquitati adsignandum, imò quod jus divinum efflagitat, jubet, mandat, imponit; id audacia, temeritati, iniquitati, imò ipsi hinc attribuitur sceleri; Cur enim

non

non in illo verser loco, ubi patria?  
tibi parentes? ubi cognati? agna-  
ti? ubi enim non in illo vivam loco,  
qui jure ipso, meorum studiorum  
debebat reperere fructum.

Sed videat, ne illud malum, quod  
hic inurere tentat mihi, in ipso re-  
dundet caput?

Quis etenim hominum in pa-  
triam nostram vocavit illum; Nul-  
lus certè, & nemo. Nonnè, quod  
Notorio ipso est notius, se ingressit  
ipsum, se immisit, se insinuavit? Cùm  
nemo hominum illum in patriam  
nostram invitârit, accersiverit, ad-  
duxerit. Et si clarus ille Medicus, in  
valle Joachimico, qui fuit vocatus  
legitimè, accepisset conditionem,  
ille repulsam passus abiisset omni  
modo.

Mendacium igitur, cum turpi  
commissum convicio atque calu-  
niis, quis est hic, qui non intelli-  
gat illud?

3. Refert, quòd me Medicina venditem Studiosum. Quis bonorum adscriptus numero, istius hominis animum, ad mendacia, convicia atque calumnias, in bonos effutendas planè natum, hìc non animadvertit, qui tam turpiter contra suam conscientiam, mentiri erubescat minimè.

*Nonne mala mens, malus animus?*

*Certe si illum objurges, vitæ qui auxilium tulit,*

*Quid facias illi, qui dederit damnum aut malum.*

**meum Comico loquar.**

Etenim si me, qui à teneris non tantum annis, linguarum addiscendum gratia, particularibus familiarissimus fuerim, scholæ, deinde etiam decem annorum spaciū, ob studia capeſſenda medica in Academicis, verum etiam aliis locis celebrioribus, ut mihi cum doctis conferendi pepererit, ansa, non sine laboribus, vigiliis atque sumptibus

ptibus exiguis insumpserim; tu solus, cui tamen contra me nulla competit actio, Medicinæ Studiosi non æstimaveris dignum nomine; de te in posterum quid statuent alii, ubi resciverint verè, te non tantum nullam aliam, excepta patria, frequentasse scholam; verum etiam exiguum temporis saltem, spacium, in unica saltem vixisse Academia.

4. Scribit, sibi mea Remedia non prorsus videri contraria, atque absque ulla methodo conscripta.

Id certè est maximum in illo homine modestiæ (quod tamen citra arrogantiam dictum velim) signum.

Quoniam gloriatur sapientius dictis veritatis ille hostis, se tali ingenio esse præditum, ut omnibus bene cupiat, nec cuiquam quid detractum velit, & a contentionibus & rixis prorsus abhorreat.

Prob.

X 4

En

En Crocodili lachrymæ? Nonne sub pietatis specie, me lædit gravissimè. Quæ est hæc illius modestia? quis ille ipsius à rixis est alienus animus; qui mihi planè immerenti æternam conatur inferre infamiam.

Quæ, inquam, istius hominis est modestia? quod meis studiis, atque antiquissimæ & nobilissimæ illius Medicinæ Hermetis, cui tamen tota sacra & veneranda illa assurgit Vetustas, mendaciis, conviciis & calumniis noceat, traducat, obruat, opprimat pessimè, nequiter, malignè.

Quis ei dedit illam potestatem? quis hominem illum, Hermetis, quem ne per transennam quidem inspexit, ne dum exactè intelligit, constituit judicem? quis meorum studiorum illum ordinavit Observatorem, inspectorem, corycæum? A quo, inquam, concessum illi, ut nunquam nec visa, nec audita, lecta, vè turpissimis lacefferet mendaciis, conviciis, calumniis.

Proh,

Proh Deum igitur, hominumq;  
fidem, quæ istius hominis superbia  
est; simulq; animus protervus? quæ  
istius hominis audacia ingens, con-  
temptus varius? quæ, inquam, istius  
hominis temeritas est proterva, at-  
que insolentia, nunquam, nunquam  
toleranda.

Quapropter, Amice optime, hæc  
quoque jure ipso, tamdiu apud te  
ipsum hærebit, quam mihi impu-  
tasti injustè, infamia, quamdiu non  
solide, hisce meis responderis Scri-  
ptis publicis; quibus firmissimis  
convictum fuit rationibus, tua Re-  
media tuamque medendi Metho-  
dum, non tantum Rationi atque Ex-  
perientia, verum etiam Hermeti,  
Hippocrati, Galeno, Theophrasto,  
atque reliquorum omnium artis  
Medicæ Procerum salutariter con-  
stitutis medendi Legibus, esse con-  
trariam, cum in extremam totius  
Reipub. Christianæ tendat atq; diri-  
gatur labem, perniciem atq; pestem.

X 5

s. Re-

5. Refers, te de novo, suffragio unanimi Civitatum March. vet. constitutum Medicum. Quod idem quoque non tam insigni Mendacio, quam turpi destituitur Jactantia.

Demonstra, si vir bonus, & esse & haberi amplius cupias, illud unanime suffragium.

Quod tibi hic insigne & impudens simul illud mendacium, collocarem ob oculos aperte, ni temperarem calamum.

6. Petir de meis. Receptis confirmam; & sic petir, ut illa revideant, & revisis, num ego cum salute agentantium, ad praxin debeam admitti medicam, atque sub Sigillo etiam Facultatis, transmittant iudicium.

Quis, queso, & ingenio, atque animi candore praeditus, hic non videat clarissime, insignem & protervam planè hominis audaciam, arrogantiam, levitatem. A qua enim illi homini data fuit potestas

ut

ut ille, qui vix aliam ullam, exceptâ unicâ illâ suâ, quam vidit Academia, in mea observaret, quæ nunquam tamen intellexit, studia.

Certè (absit arrogantia verbo) Sus Minervam.

Ubi hîc, hominis istius, de qua sic primùm gloriabatur, modestia. Superbiam, jactantiam, arrogantiam, temeritatem & levitatem videmus; modestiam, animi candorem non videmus.

7. Quod sui officii sit, scribit, ut apud Practicantes in Marchia, non tantum  $\pi\sigma\ \delta\tau\iota$ , sed etiam  $\pi\sigma\ \delta\iota\ \delta\tau\iota$  observet.

Aliquot hîc, mendaciis, convitiis, calumniis, arrogantia, superbia atque jactantia referta plaustra, quis est, qui non collocata ob oculos videat aperte.

Proh Deum atque hominum fidem, qui istius hominis fastus? certe omnium incredibilis? Instar arrogan-



gantissimi & pessimi nequam, Ca-  
codæmonis illius, qui de Deo atq;  
homine, Christo nimirum, sibi arro-  
gabant olim censuram? Verum  
æterna ob audax atque scelestum  
suum facinus, æternâ perfunde-  
tur infamiâ: Sic præsens audacissi-  
mus & arrogantissimus ille homo,  
non tantum meorum, sed etiam ali-  
orum doctissimorum Virorum stu-  
diorum in Marchia, Medicinam fa-  
cientium, autoritate propriâ se con-  
stituit censorem. Quem tamen im-  
peritissimum, audacissimum & ar-  
rogantissimum hominem, nos in  
Marchia, qui Medicam exercemus  
praxin, judicamus dignum minime,  
qui aliquid de nostris, aut possit, aut  
debeat judicare studiis, multò mi-  
nus, quod nobis ipsis minimam il-  
lorum debeat eripere particulam.

Nostra studia homini illi nequid-  
quam debent.

Habuiamus Præceptores nostros,  
quorum & voces præsentibus, partim  
audi-

indivimus, cum illis differuimus,  
partim eorundem & aliorum præ-  
stantium scripta legimus, qui tales  
sunt, quorum ille indignus omni-  
tudo, qui illorum abstergeat calceo-  
rum crementa.

Quid igitur illi homini nostra  
lebent studia? quæ partim multò  
intè, partim unà in Academiis, ali-  
isque locis, studio indefesso, non  
exiguïs insumptis laboribus, vigiliis  
atque sumptibus multos per annos  
tractavimus, atque tandem illorum  
nostrorum studiorum, publicum,  
à viris excellentissimis consecuti  
sumus Testimonium. Ubi dictus  
jam sepius imperitus homo, abru-  
pto suorum studiorum filo, atque  
unicâ suâ relictâ Academia, in qua,  
ut scribit ipse, prima (& media & ul-  
tima quoque, quod ego addo; plu-  
res etenim, ubi studiorum gratia vi-  
xisset, non vidit) Philosophiæ & Me-  
dicinæ jecit fundamenta, apud præ-  
stantem quædam addidit ulte-  
rius.

rius. Qui deinde non multò post, doctorales ambiit honores; illosq; immaturè admodum, in puerili natiuitatè vel iuuenili ætate.

Cogitare igitur, quæso, hominis iudicium, sapientiam, eruditionem.

Certè Hippocrates noster, de Legge, longè aliam in Medicina addicenda præscribere rationem, hisce verbis:

Qui enim Medicinæ scientiam sibi verè & aptè comparare volet, inquit, is horum omnium compos esse debet, ut naturam nactus sit, doctrinam, locum studiis aptum, institutionem à puero, industriam & tempus. In primis igitur naturà opus est, quâ repugnante, irrita sunt omnia, eadem verò ad optimum quodque viam monstrante, artis doctrinà paratur, quam ex institutione à puero, in loco ad disciplinam probè à naturâ accommodato, cum prudentia sibi comparare oportet. Ad hæc, longi temporis

poris industriam accedere necesse est, quò disciplina veluti gravidata, feliciter & bene crescendo, maturos fructus efferat.

Quomodo enim, quæ terrâ producuntur, eadem omninò ratione, Medicæ artis cognitio se habere videtur. Naturâ namque nostrâ agri; doctorum præcepta, seminum rationem habent. Institutio à puero, tempestivæ lationi responder. Locus verò disciplinæ accommodatus aëri ambienti, ex quo iis, quæ è terra nascuntur, alimentum suppetit. Diligens studium agricultura est. Tempus autem omnia hæc ad plenam nutritionem confirmat &c. Hæc de legitima Medicinam addiscendi ratione, sapienter Hippocrates.

Quem Medicinæ addiscendi modum, sapius ille allegatus homo, sinistrè admodum observavit.

Quam

Quam dictam jam variam & in-  
anem hominis arrogantiam, jactan-  
tiam, audaciam atque ostentatio-  
nem insignem, ostenderem hîc plu-  
ribus, ni Senatus noster in consessu  
publico, cùm ad restituenda mea  
furtim & per vim ablata Recepta il-  
lum compelleret, ipsum pessunde-  
disset; ubi coràm, & in os ei dixit  
nullam illum habere potestatem, ut  
tantam in mea studia exerceret ty-  
rannidem. Quapropter demanda-  
vit etiam eidem serîo, ut non tan-  
tùm Recepta illa restitueret; verùm  
etiam in posterum ne meam pertur-  
baret praxin Medicam, injunxit se-  
dulò.

Verùm id observavit minimè  
ubi elapsâ hac æstate, in pharmaco-  
polio, præsentibus aliquot honestis  
viris, non tantùm meam famam  
meaque studia verbis læsit atrocissi-  
mè, verùm etiam me ipsum omni-  
bus devovit diris, & Satana ipsi.

8. Scribit, quòd in mea Patria sit

Medi-

Medicorum empiricorum, tùm Medicastrorum & Agyrtarum, tùm vettularum & Theologorum copia ingens; qui omnes, plùs mali, quàm boni, morbos pro sanitate, mortem pro vita, agris concilient atque inferant.

Quod turpissimum esse mendacium, cum nefario quodam convicio, & diabolicâ prorsus conjunctum calumniâ, intelligit omnis.

Ubi, quæso, in nostra patria, aut etiam vicinia talium hominum ingense est copia?

Vbi est illiterata (quam quoque addit) illa stultitia?

En hominis modestiam!

En convicia, potius mendacia & calumnias hîc reperitas!

Quid mirum igitur, quòd imperitissimus & audacissimus ille homo mea tam pessimè traducat studia, meamque calumnietur personam, cùm etiam sacri & divini verbi mysterii illi præsides, præ venenata

Y illius

illius hominis linguæ rabie, non possint esse tuti. Tota hîc Marchia à turpissimis illius non est libera mendaciis, conviciis, calumniis. Consideretis, quæso, hominis audaciam admirandam, superbiam intolerandam, hominis ingratitude, quæso, inspicia, amplissima sibi exhibita beneficia nec cogitantis, nec considerantis. Atqui à domo ingrati, nunquam, nunquam recedet malum.

Quam sibi inflictam ignominiam, atque infamiam illatam, sacrarum literarum cogitent Antistites, ulciscantur cives, puniat Magistratus, vindicet ipse Deus.

Hæc ita in medium allata, quibus infami atque famoso Libello, dicti hominis responsum sit, sufficiant: adducta fuissent plura, nisi tam primus, quam secundus meus Tractatus infamiam illam, quam non tantum meis studiis, verum

CAM

etiam antiquæ & nobili Medicinæ illi Hermeticæ conciliare attenta-  
vit audacter, prorsus retudisset, at-  
que ita, ut illæ ipsæ, quas emisit,  
& quidem redituras per jugula vo-  
ces, in ipsius jam adhærerent cer-  
vice.

Judicium primum quod attinet,  
refutari pluribus non opus, cùm  
illius autores suam latam senten-  
tiam ipsi revocârint atque simul  
refutârint?

Etenim cùm ad illos viros, ipse  
irem quadrigis, simulque non tan-  
tùm literas mei Adversarii, quibus  
mea accusasset studia, verùm etiam  
illorum responsionem, quæ con-  
tra mea studia, latam contineret  
sententiam, peterem, illorum  
unus mihi referebat, quod scriptum  
utrumque esset in promptu, quòd  
ubi peterem literis, per tabella-  
riũ deberet mihi transmitti. Verùm  
ubi scribo, controversiæ explico ne-  
gotium, simulque illis meorum stu-



diorum transmittro Testimonia, hisce mihi respondent literis:

Clarissime & doctissime Domine Doctor, biduos ante menses literas tuas, quibus alia adnexa fuerunt, nobis redditas esse scias; quibus non tantum ignominiam atque infamiam illam, quam tibi attentavit inferre D. Bockelius, apud nos conquereris graviter: Verum etiam refers, quod ipse te pessime apud nos traduxerit, atque quorundam suis literis, apud nos insinularit: simulque illius scripti petis copiam. Cui petitioni quidem jamdudum satisfecissemus, nisi quidam e Facultate nostra abiissent peregre.

Res tamen quod attinet ipsas; Transmisit nobis ante biennium D. Bockelius tua Recepta, simulque de illis nostrum petiit consilium. Ubi brevibus nostram explicavimus sententiam, atq; Recepta transmisimus.

Verum cum Recepta ipsi transmisimus atque sententia nostra de

lata conceptum, uti vocant, inveniri nequeat, magis tibi hoc damus consilii, cum nondum in arte consenueris, ut si in posterum te non offenderit, rem tranquille finas esse compositam potius, quam urgeas multis, quoniam Recepta tunc visa nobis fuerunt admodum mirabilia.

Disputationes tuas, atque reliqua tuorum studiorum quod attinet Testimonia, nobis placuere admodum, & unà quoque studiata Chymica; Etenim & nos unanimi constituimus consensu, quod nullus, qui verus sit Medicus, Chemicas negligat præparationes, ni modo abutatur illis, atque fundamenta Medicinæ veræ atque Autores veteres repudiet (uti, quod experientia testatur, in multis accidit indoctis, qui Chymici haberi volunt) quod detamen non speramus; Etenim veræ præparationes Chymicæ Medicamentorum, Medico maximè sunt utiles.

Y 3

Et

Et quamvis Hippocrates, Galenus & alii nobilissimi Medici infiniti, Chymicarum preparationum non habuerint cognitionem, attamen non solum tuto, sed etiam cito & jucundè curarunt. Non enim Medicamenta, aut præparationes illa faciunt Medicum, sed Medicamentorum verus usus, qui non consistit sine legitima curandi Methodo. Quapropter adhuc optandum, ut inter vos, ut Medicos decet, conveniret; nec illum tu negligeres, quòd Chymicis fortassis non utatur Remediis: Neque reipsum ille, si curationem rectâ ratione institueris, vel Chymicis, vel aliis usitatis Medicamentis.

Atque hisce tuis respondere literis, intermittere non potuimus. Vale.

Hæc illorum, ut dixi antè, est ad meas literas responsio, quam, ut potui, ex Germanico, traduxi in Latinum.

RE-

## RESPONSIO.

**C**larissimi doctissimique Viri.  
Amici observandi, scitum simul  
que salutare illud est, quod summus  
ille Lipsius, lib. 4. civ. Doct. cap. 19.  
ex lib. 18. Ammiani, hisce allegat ver-  
bis: Et per Deum quis innocens  
esse poterit, inquit, si accusasse suf-  
ficiet.

Quam illustrem planè sententi-  
am, si de unquam alia, de antiqua  
certè, nobili & præstanti illa arte, ab  
Hermere quæ nomen accepit, Me-  
dica, posse & debere jam intelli-  
gerit, quis est, qui non videat?

Quæ etenim quamvis sit, anti-  
qua, quamvis nobilis, quamvis hu-  
mano generi planè necessaria, tan-  
tamen, & tam pessimis meus Ad-  
versarius deformavit mendacijs,  
convicijs atque calumnijs, ut omni-  
nò ducatur pro nihilo: quod fa-  
ctum ab illo homine commis-  
sum superioribus meis ad Do-

minos datis literis, ostendi abundanter.

Quæ quoque ( si accusasse sufficiet ) perpetuis subterfuga jacebit tenebris: Verum Doctorem lumenq; cum illa desideret, proferenda in apertum.

Quapropter nobilis jam dicta ars Medica, à turpissima illa, quæ contumaculata fuit turpiter, ut repurgeretur labe, petii à vobis coram, ut mihi filius Epistolæ, quo illa fuisset illata labe, daretur copia. Quæ mihi quodque, cum Dominorum de meis Receptis lata sententia, tabellarium ubi mitterem, promittebatur, verum eventus non respondit promissis: Quemadmodum præsentis vestre, quas misistis, testantur literæ.

Quibus respondere paucis, tunc necessarium.

I. Scribitis, quod mihi, uti retuli, conatus sit inferre infamiam meus Adversarius. Hoc verissimum esse, testamini ipsimet? Scribitis enim  
inve-

vestra, contra mea Récepta, lata  
sententia, quod cum aquæ stillati-  
æ, Liquoris; Tincturæ loco, Sul-  
phuris usus sim nominibus, mihi  
conciliârim infamiam. Quam ve-  
ram sententiam, ut mihi æternam  
le Adversarius, veritatis illius ho-  
is insensissimus, inureret infamiam  
iagno cum triumpho & hinc inde,  
stentatione insigni, deposuit in Se-  
atu. Nonne hæc est infamia? non-  
ne hæc ignominia est ab illo confir-  
mata nomine? nonne faciens &  
offentens, unâ & eadem poenâ  
ignissimi. Verum non esse hîc  
ommissum errorem, multò minùs  
conciliari mihi infamiam, duobus  
rebus Fractaribus, & hoc loco, de-  
monstratum abundanter.

Non posse inveniri vestrum lata  
sententiæ conceptum, refertis. At-  
que illud haberi in promptu, atque  
subscriberem, mihi illud denegari  
non posse, Collega vester promitte-  
bat. Verum nihil rétulit, utrumq;  
Y s enim

enim mihi cum aliis, a Senatu nostro datum fuit. Sed hic sermo vulturno commissus sit.

3. De servanda admonetis pace, concordia atque tranquillitate; Et quidē monetis rectē. Cuius ego quidem Studiosus extiri diligens. Quā rem quoque aeterno demandālem silentio, ni creberrimis mendacis, conviciis frequentissimis, atque calumniis usitatis, Adversarius me obruisset hactenus studia.

Etenim, non admodum diu est, ubi in pharmacopolio publico, mea studia & personam, non tantum insigni affectit infamiā: verum etiam omnibus devovit diris. En audacem planē, ne quid dicam gravius hominis conatum.

3. Rationem vestri additis moniti cum in arte nondum consenuerim. Verum quidem illud. Quid tum Etenim non ille sum, qui illorū quod dicitur, manibus praxin incepti Medicam, qui nihil intelligam cum

cum non hodiè, aut nudiustertius  
inceperim philosophari, sed eorum  
decennium in Academiis aliisq; lo-  
cis celebrioribus, sub clarissimis, ex-  
cellentissimis atq; doctissimis viris,  
meis Præceptoribus, ob studia ca-  
pessenda Medica, non sine exiguis  
sumptis laboribus atq; impensis,  
consumserim. Quos sumptus, la-  
bores & vigilias non frustrà à me esse  
consumptas, studiorum meorum ac-  
cepta Testimonia atq; clara artis no-  
stræ, quæ sola arguunt, commendant  
& laudant artificē, testantur opera.  
Non igitur annos tantum, non ca-  
nos solum, olim in futuro Medico  
de Lege requirebat Hippocrates, sed  
naturam, unà doctrinam, locum stu-  
dijs aptum, institutionem à puero,  
industriam & tempus. Quæ omnia,  
si non summa, mediocria tamen,  
cum mihi divina concessit in medi-  
ca Facultate addiscenda Clementia,  
meo Adversario, cur habear omni-  
nò lapis, causa certè existit nulla.

Si de-



Si demonstraverit Adversarius de studiis suis eadem, virum judicabo illum. Qui certe homo, si non unicam suam paululum inspexisset Academiam, certe penitus vidisset nullam.

Quæ igitur sapientia, quæ eruditio, quod, inquam, iudicium, in illum cadere potest hominem? Cogitate quæso.

4. Quod fuerint vobis visa mirabilia mea Recepta, scribitis?

Quod certe omnino mirum?

Verum, quæ inde potest suboriri admiratio, ubi non tantum tota, jucunda & efficacia Remedia, verum etiam legitima medendi adhibenda methodus.

Quod hæc me in publicis editis duobus Tractatibus, demonstratum fuit abundanter.

5. Disputationem, æque ipsorum meorum studiorum Testimonium, tumque studia mea Chronica quod vestro comprobatis iudicio, ipsi mi

veri-

veritati præbetis testimonium. Quæ  
icet rei veritas, non eget aliorum  
multorum approbatione: Gratum  
amen, si illa doctorum & candido-  
rum hominum unanimi suffulcia-  
ur consensu. Laudatis Chemicam,  
et quidem verè laudatis. Atqui to-  
tus hic rei tangitur caput?

Quàm obrem, si Chemicam lauda-  
tis, ipsimet, quæ tutis, jucundis, & ef-  
ficacibus utitur Remediis, cur, quæ  
mea culpetis Remedia? Metho-  
dum quod taxetis medendi, causa  
quoque nulla est; illam me adhibuisse  
legitimam, duobus antè dictis meis  
abilitum fuit Tractatibus.

Quòd inventi fuerint infiniti  
Medici præstantes, qui absque Che-  
mica arte curarint tutò, citò & ju-  
cundè, certè id caret vero; cum his-  
ce meis scriptis solidis confirma-  
tum sit rationibus, Medicum nemi-  
nem, tutò, citò & jucundè posse me-  
leri hominibus, nisi Chemicæ artis  
beneficio præparata habeat Remedia.

7. Ra-

7. Rationes vestrae additis sententia; cum non medicamenta, aut præparationes illæ (intellige Chemicas) faciant Medicum, sed medicamentorum verus usus, qui non consistat sine legitima curandi ratione.

Illud, quâ possit consistere ratione, certe non video.

Hic dicitis, Chemicas Remediorum præparationes non facere Medicum: Jam verò antè pronuntiabatis, quod verus Medicus non posset carere Chemicis Remediorum præparationibus, atque easdem maxime illi esse necessarias.

Quâ ratione igitur, quæso, hic possit conciliari controversia? At qui posterior sententia, est verissima. Et quamvis Chemicæ Medicamentorum præparationes, non constituent Medicum, tamen absque illis nullus poterit esse, nec dici, nec haberi Medicus; quæ etiam non illæ solæ constituunt Medicum, sed plu-

uribus est opus. Verum quâ ratione legitimus potest esse Remedium usus, ubi legitimum deest Remedium, quod absq; arte Chemica haberi non possit, jam sapius condictum fuit abundanter.

De agenda concordia rursus paritis monita. Utinam, utinam, inquam, Adversarius meus auream illam, quâ mihi nihil gratius, nihil prabilius, servâsset pacem, quietem, tranquillitatem.

Postremum additis, me non debere Adversariū meum negligere; quod non utatur chemicis Remediis, neq; convenire illi, ut culpet me, si modum curandi rectâ institutio ratione, vel chemicis, vel aliis asiratis Medicamentis. Quibus occurrendum duobus; primum, quod attinet, locum non habet. Etenim si non chemicis, h. e. tutis, jucundis & efficacibus, verum potius venenatis, deleteriis, corrosivis, impuris & c. in mea patria, ille homo, utatur Remediis,

mediis, cur non inelamandus, cur non indicandus; & præsertim, cum optimè sentientem volueris persuadere. Alterum spectat, nimirum quòd habeat Adversarius, ~~veritas~~ ille hostis publicus, facultatem mea taxandi studia, si veram rationem niedendi non instituerò, vel Chemicis, vel aliis Remediis utaris. Hic utraque conceditis Remedia, idque injustè? Atqui Remedia, non arte præparatâ Chemicâ, esse rejicienda, scriptis hîc meis ostensum fuit publicis. Quid igitur? Legitimam hîc adhibendi requiritis rationem: Atqui errorem commissum hîc ostendite.

At veritatem hujus, mea jam publica ostendunt scripta.

Unde igitur illi homini, quæ hîc datur in mea studia, animadvertendi potestas; à quonam oblata illa facultas? Injustè igitur hîc defenditis Adversarium. De his quoque satis.

Re-

Responsum jam itaque rationi-  
bus sufficientibus scripto jam dicto,  
& quidem, quâ potui, modestiâ.

**R E S P O N S I O , A D**  
*latum Iudicium, contra*  
*mea Recpta primum.*

**E**TSI verò boni illi viri, uti jam  
auditum, literis ad me datis, ita  
evocârunt sententiam, ut quamob-  
em succenscam illis, causam omni-  
tò habeam nullam, atque pleraque  
illorum firmissimis fuerunt refutata-  
tionibus suprâ; tamen illorum ut  
adducantur quædam, non est extra  
negotium.

Et quidem,

. Adversarii mei in me effusa men-  
lacia, convicia & calumpniæ confir-  
mantur, nimirum, quòd me insinu-  
rim, quòd sim Pseudoparacelsista,  
quòd non sim instructus medica-  
um rerum peritiâ, quòd Adver-  
sario meo provinciali Medico insa-  
luta-

Z

luta-

titato, Medicam exercuerim praxin, idque novâ & insolenti curâ, prætectu Medicinæ secretioris, idq; **audacter & indecenter.** Quæ mendacia, calumniæ & convicia planè diabolica, cum suprâ sint solidis refutata argumentis, hîc denuò que diluantur, existimo indignissima.

Neminem debere exercere Medicinam, nisi examini sese subjecerit, atque publicum acceperit Testimonium, scribitis. Quod confirmatis statuto vestri Collegii, tumque urbis Montis Pessuli atque Noribergensis autoritate. Hîc solum publica approbatis Testimonia.

2. Atqui mox conceditis etiam Testimonia privata. Testimonium publicum licet præstantius privato, hoc tamen suam etiam meretur laudem, honorem & dignitatem.

Ego tunc temporis, etiam non habuerim publicum, privatis tamen, meorum non tantum Præceptorum, & præsertim Medicorum  
ad

ad Oderam Francofurtensium, quæ allegabuntur infra, à quibus ter ad Gradum suscipiendum invitabar, verum etiam meorum civium, quibus signorum minimè, quod multos jam annos hinc inde in Academiis aliisque locis celebrioribus consumsissem, non destituebar Testimoniis.

Æquè mihi ac meo Adversario, in immatura ac puerili ætate, si ambuissem, datum fuisset Testimonium publicum.

Quapropter, scommata illa, convicia illa, infamiam illam, quam mihi irrogatis pœnæ loco, non in me sed Adversarii ipsius caput, imò cervicem & jugula ipsissima, jure de omni, debere reflecti, videris clarissimè; cum, uti Tractatu meo secundo rationibus stabilitum sit firmissimis, quod tam pestilentissimis Remediis, tumque spurcis & empirica plane curandi ratione, consultationem, Experimentum atque quævis clarissimorum Medici-



corum Decreta saluberrima, extrema planè perniciè, medeatur hominibus.

Ex quo sequetur, cùm Adversarius sit exterus, à nemine sit vocatus, se ingesserit, se insinuârit, tam pessimè medeatur hominibus, ut ad staturum illorum Gallorum, ejiciatur urbe: vel potius Norimbergensium ritu, poenâ afficiatur Relegationis. Quod ut fiat commodius, imponatur Adversarius asino, vultu ad caudam converso, deturque ei in manum cauda, loco freni, ut hoc modo per plateas urbis, populi & puerorum insequente & acclamante catervâ, circumducatur, atque hac ratione illudatur Medicastro.

3. Theophrastum Paracelsum, nec scripsisse *magis λογίας*, nec ipsius Dogmata pugnare cum Hippocratis Medicina, multò minis refragari veritati, ab ipso autore Theophrasto, Petro Severino, aliisque viris summis & prestantissimis, quibus  
im-

immortalitatis debetur fama, firmissimis stabilitū fuit rationibus, quos si solidis refutaveritis argumentis, ego vestræ accedam sententiæ.

4. Quòd illos Autores quoque rectè sentientes, ex Academiis exterminetis, atque eosdem explodatis, respondebitis die extremo coram Judice illo justissimo, Christo, quòd clarissimam illam oppresseritis veritatem.

5. Chemica conceditis Remedia, si rectè præparentur, & non indoctè usurpentur.

Caput hîc tangitur rei: quis huic vestræ non assentitur sententiæ.

Certè Remedia chemica si non rectè præparentur, non sunt arte præparata chemica, nec legitima. Et si quis illis utitur indoctè, certè non est Medicus. Atqui de meis, quæ chemica sunt, Remediis, tumque medendi methodo, cum nunquam demonstrare possitis, quam obrem igitur culpatis utrumque.

6. Remediorum chemicorum sobrium usum commendatis, atque non nisi in Chronicis morbis tantum illa adhiberi, cum Matthiolo statuitis.

Quæ vestra sententia veritati etiam repugnat ipsissimæ; probatum enim est, non tantum à viris in arte Medica summis, nobilissimis & prestantissimis, verum etiam duobus jam meis editis Tractatibus, quod **semper & ubique curare debeamus, utò, jucunde & efficaciter; quæ officia, sine Remediis chemicis, non possent confici, ibidem quoque stabilitum fuit: Cur enim non ubique & semper, cura, efficacia & jucunda propinanda Remedia? Offerendæ interdum etiam censetis esse venena? Minime. Matthiolum quoque quod spectat, certe non suffragatur, sed adversatur, potius vestræ sententiæ; qui ubique & semper offerenda consulit Remedia chemica, sic enim ipsius, quæ primo**  
in

in meo Tractatu allegata fuerunt, habent verba: Ausim dicere, inquit, neminem Medicorum absolutum esse posse, imò ne mediocre quidem, qui non in hac nobilissima destillandi scientia sit exercitatus, id cum alibi, tum in chronicis morbis, ubi &c. Hæc Matthiolus.

Ex quibus patet manifestò, quòd semper, ubiq; & hominibus omnibus, Remedia chemica, hoc est, tuta, jucunda & efficacia sint propinanda Remedia. Nonnè tam superiori, quàm inferiori, tam diviti, quàm pauperi, salutaria Remedia, quæ per solam artem Chemicam haberi possunt, offerenda? Certe, Certe.

7. Scribitis, quòd vobis sim ignotus & innominatus, qui me hic insinuarim, & Medicamenta mea *ὑπερβολικῶς* extollendo, Adversarii mei obtrudam civibus, & dubium apud vos, num expressâ Senatus

Z. 4

natus

natus permissione id faciam; & nam artem hanc in Academiis didicerim, & quos habuerim Præceptores? Scitum enim illud esse Socratis, ut quicumque artifices haberi velint, Præceptores, quos nominent, habeant optimos, tum quorum operâ institutî, præcepta secuti fuerint.

Proh Deum hominumq; fidem, quæ illa est judicandi ratio? Nonne hoc instar illius, ubi suspensio fure, de furto quæritur causa.

Certè ignotum vobis, an artem didicerim in Academiis, & quos habuerim Præceptores; quamobrem igitur de meis studiis judicatis, atque me, causâ inauditâ, condemnatis, tumque judicatis, atq; ita, ut mihi conemini, hacce vestrâ sententiâ conciliare infamiam, idque præter omne meum meritum.

Quòd nec me insinuârim, nec mea Remedia meis obtruderim civibus,

ribus, quod boni viri non sit, supra refutatum est.

Quodd etiam mea in patria Medicinam faciam, eidemque præ exte-  
ris meâ interserviam operâ, id suadet  
honestas, postulat necessitas: Tum-  
que quor & quales habuerim Præ-  
ceptores, mea jam edita loquentur  
cripta.

Ex Receptis meis, atque Adver-  
arii literis apparere additis, cum in  
compositionibus Medicamentor-  
um, tumque etiam in curationibus  
horborû, imperitiâ meâ, dum  
non justâ ratione & methodo Me-  
dicamentis illis novis utar, &c.

En introducitur hîc in Curatio-  
nibus imperitiâ ! illaque ob duo :  
Nimirum ob compositionem &  
medendi methodû inartificialem.

Atqui negatur imperitiâ. Etenim  
quod spectat medicamentorum  
compositionem, satis huic in Tra-  
ctatu meo secundo responsum, ubi  
rationibus conclusum fuit, firmissi-

Z 5 mis,

mis, quòd compositiones medicamentorum illæ, quæ hîc intelliguntur, planè sint inartificiales, illegitimæ & spurix; cum non compositiones, verum potius præparationes artificiales, hoc est, chemicas, legitima medendi, requirat Methodus.

Et si pro diverso medendi scopo, medicamentorum requiratur mistio, spiritualium illa est, non crudorum Remediorum, quæ nec fermentari, nec misceri possunt.

Medendi etiam cur, hîc mea arguatur methodus falsi, non video? quam, hæcce mea ni confirmarent scripta, multis hîc stabiliretur rationibus.

9. Remedia mea, quæ chemica sunt, appellatis NOVA? Atqui non nova, sed antiquissima esse, hæcce mea edita scripta, & imprimis Tractatus primus satis superque probant.

10. Conciliari mihi infamiam scribitis, hæcce ratione nimirum, quòd  
loco

loco aqua stillatitia, Liquoris, Tincturæ, Sulphuris nominibus, tum etiam Sale, Spiritu Atlas, ed ut novator videar, & insolens sit curatio.

Quam hinc, quæso, mihi concilio infantiam: De nominibus hinc, non de rebus ipsis agitur controversia.

Verissimum certe est, docentem ab re intelligendas, oportere nominibus uti, teste Galeno, lib. 2. cap. Method.

In quorum usu charitas, quasi mea spectanda, ut refert Galenus l. c. Etenim, cum nomina notæ sint & symbola rerum, teste Platone, in Crat. hoc requiritur in illis, ut ex ipsa Rei deducta sint Essentia, quod illam ipsam jam dictam Essentiam, omnibus omnium tenebrarum re-moris involucris, collocent ob oculos etiliber.

Gujus



Cujus rei artificem extitisse Principem, ipsum Protoplastum, testatur sacra. Astipulatur huic de arte Hippocrates, ubi scribit, Quod nomina ex ipsis formis producta sint.

Quæ igitur nomina rebus imposita, ubi res explicaverint ipsas, atque ita, ut quantum in hacce humani ingenii possit fieri imbecillitate, intelligantur clarè, quis ullam hinc de Nominibus movebit litem.

Quapropter sapienter olim admonerat Galenus, lib. 11. Meth. cap. 12. ut neglectis nominibus, rerum sectaremur scientiam, ubi sic loquitur: Verum (quod divinum Platonem secuti semper testamur) contemnere nomina oportet, minime autem scientiam. Verum ea namque ad salutem hominum pertinet, errorisque in ea finis, est perniciēs. Nominibus siue propriè, siue impropriè utare ad ægrotos, id parum attinet. Intelligas id clariùs, si non contrariorum contraria, sed quem-

uemadmodum illis placet, opposita sibi invicem esse Remedia dicas, quidem copiam sanat vacuatio: effectum, nutrimenta: in summa, quod exuperat ablatio: quod deficiens est adjectio. Itaque etiam in hoc opere rectè arbitror à Seneca dictum: Medicina appositio est, & detraction.

Sic lib. de morb. tempor. scribit Galenus, cap. 4. Quod antiquorum retinere debeamus nomina, neque intellegā de Nominibus rixari multis, cum propter nominum absurditatem ægrotantes incommodi: quicquam capiant. Hæc Galenus. Sententiam eandem Galenus habet, lib. 1. Meth. cap. 5. ubi sic loquitur: Ad eundem modum, nec si quis pectum, aut visum, aut visionem, ut quomocunque aliter nominet, quicquam refert: quando etiam, si quis solœcismum committens, nominet, ad rei ipsius scientiam, nihil id afferat incommodi, modo,

modò, de qua re, nomen pronunciet, clare explicet. In hoc enim precipua doctrina vis est. Nominetur igitur oculus pars corporis, neque hic referat, partemne, an particulam, quis dixerit? Quae quid enim totum hoc complet, atque integrat, id totius videlicet corporis, quod complet, particula, siue pars nominatur &c. Hæc Galenus.

Contentiosos & impudentes tales, qui multis de nominibus mixari conentur, refert Galenus, lib. de morb. temp. cap. 4.

Tamquod illos, qui sibi vendicant doctrinam, totam vitam trigando consumere, finemque artis nunquam attingere, testatur Galenus, lib. i. de Sympt. diff. cap. i.

Quapropter, cum jam dicta artis nomina, utpotè Liqueor, Sulphur, Sal, Spiritus, ex ipsa deducta sint rei Essentia, quam clare explicant eandem: tumque la prima de veneranda illa sint indita Antiquitate, uti

uti Tractatu meo primo & secundo  
rationibus fuit confirmatum gra-  
vissimis, quamobrem hic acculen-  
tur graviter; causa certe sese offert  
nulla.

Ubi Aquam stillatitiam, sive Li-  
quorem, inquam, Mercurium vo-  
cari Chemicis, retuli, quorum ra-  
tionibus & auctoritate fretus Theo-  
phrastus Paracelsus, inter alios,  
multis in locis, & praesertim lib. de  
pestil. Tract. 2. eundem vocat Li-  
quorem.

Cui astipulatur sententia, inter  
alios, lib. 4. Meth. cap. 10. Fernel.  
ubi Titulus dicti capitis sic habet:  
Liquoris, destillatione, eliciendi  
ratio.

Ex quibus perspicuum est, quod  
sim utor Liquoris nomine, Aqua  
stillatitia loco, non sim novator,  
nullo minus, quod mihi contraxe-  
im infamiam.

Nec

Nec insolens est curatio, & mihi conciliaui infamiam, quod Sulphuris nomine usus sum, ubi ex vestra sententia usurpare debuerim Tincturae nomen.

Etenim, secundum rerum naturalium principium, humidi primigenii nempe aëriam, ut loquitur Fernelius, lib. 4. Meth. cap. 9. & igneam etiam portionem, ut sentiunt ab rationibus solidis, tumque vetustatis autoritate magnâ quidem, & imprimis gravi, Sulphur nominari, non verò oleum, Tractatu meo tam primo quàm secundo quoque adductum fuit; Multò minùs Tincturam, secundum illud principium, Sulphur, nec posse, nec debere appellari Tincturam, apud autores Chemicæ artis peritissimos, constat abundanter.

Etenim, ut jam dictum, Sulphur est secundum principium tantum humidi primigenii portionem aëriam & igneam continens: Vel;  
Est

Est arcanum specificum, radicalis  
pinguedinis forma rei substantiam  
comprehendens, uti scribit autor  
gravissimus, Andr. Libavius, lib. 2.  
Alch. Tract. 2. cap. 10.

Verum Tinctura Arcanum est  
specificum, cum Essentia tota, qua-  
litatibusque formalibus etiam co-  
lorem rei habens, ut in sui similem  
naturam tingere possit, ut idem jam  
dictus allegat Libavius, lib. Alchem.  
2. Tract. 2. cap. 7.

Hic tria rei extrahuntur arte Prin-  
cipia, corpore ipso de colore & in-  
ani relicto.

Quapropter cum hæc duo, tota  
via, imò toto cœlo distare animad-  
vertaris, atque justissimè secundum  
illud principium Sulphur, non verò  
nominari oleum, multò minùs Tin-  
ctura vocari debeat; nec insolens  
est curatio, nec mihi ullam contraxi  
infamiam.

Spiritus & Salis nominibus quòd  
mihi quoque nullam conciliârim  
a infamiam.

infamiam, per transennam saltem insipientibus attem, imò lippis & conseribus, quod dicitur, est notissimum.

Danturnè arcana chemica, quæ Spiritus nomine, beant Artifices.

Sal illud, tertiumnè est Rerum naturalium omnium principium; Quod nemo unquam negavit.

10. Neglexisse me Effata, Essentias, Elixiria scribitis, quæ quoque nova & inusitata nomina, suis pharmaci, ut populo faciliùs imponant, inde re Chemicos.

Quibus respondetur. Quod neglexerim Effata, Essentias, Elixiria, verum id est, quod ego unà vobiscum & testor atque simul deploro, quæ si habuisssem, majori cum utilitate meis præfuissem ægrotis. Quorum non facim ignaras, mea jam in lucem edita, & in posterum alia, si sanitatem & vitam prorogaverit DEUS OPT. TER. MAX, loquentur scripta.

Que-

Quorum nobilissimorum & pretiosissimorum Remediorum, quod non potuerim habere in nostro pharmacopolio copiam, Deo Opt. Max. hactenus connivente, oblitit invidia, prohibuit inscitia.

2. Novâ & insusitata illa non esse Nomina, levissimè etiam chemicis tinctus literis intelligit quilibet apertissimè.

Sacta & veneranda illa, si advocabitur tota, in testem Antiquitas, certè deprehendetur hîc falsum, confirmabitur verum.

Cujus rei quoque veritatem, primus meus Tractatus in apertam profert lucem.

Quapropter non imponere populo suis Remediis chemicos, sequitur hinc clarè.

Boni etenim & candidi ingenii non est, nec officium, nec studium, bonis imponere viris.

Atqui, ut dixi jam, quod illi arcanorum Naturæ perferutatores



studiosissimi, non imponant, verum  
potius honore cum summo, atque  
utilitate maximâ, præsent mortali-  
bus, tota, tota inquam, testatur  
Antiquitas.

II. Quamobrem mea hic accusen-  
tur Recepta, adferuntur tria.

I. Quod nullis, præter duos, offe-  
ram Remedia purgantia; cum ta-  
men hodierno die, & præsertim hic  
ce in locis, maxima morborum pars  
oriatur ex cacochymia & plenu-  
dine, quam tollat evacuatio per Me-  
dicamenta.

Quæ res si introspiciatur penitus,  
veritati congruit minimè.

Etenim superfluos ex corpore  
deturbandi humores, sanguinem  
clarificandi, atque alia perficiendi,  
rationem vetissimam, nec posse, nec  
debere deduci in actum communi-  
bus illis Remediis, in potionis, pilu-  
larum, Eleqtuariorum &c. coapta-  
tis formam, primo & secundo meo  
Tractatu, solidis convictum fuit ar-  
gumen-

pumentis; quæ cum ego devitem, studiosè, atque illa, qualia Chemica præsertim sunt, adhibuerim Remedia, quorum beneficio dictæ operæ perficiuntur commodè, quis, quæso, mea Recepta taxabit aut culpabit jure?

Utilitatem, præstantiam, atque dignitatem in expurgandis humoribus superfluis, quis, quæso, æstimare poterit chemicorum Remediorum. Exhibui inter alia quoque Extracta, verùm illorum saltem pauca, cum invidia, uti, antè quoque allegatum fuit, habere vetuit plurà. 2. & 3. De injusta dosi, atque incongrua commiscendorum medicamentorum ratione quæ adferuntur, superioribus quoque sat refutata sunt.

13. Sequitur conclusio hisce verbis: Quare si hic homo &c.

Hæc finalis est sententia.

Quorum Judicium utrumque in meum Adversarium, omni de jure a

retorqueri etiam potest & debet merito.

*Conclusio.* . Etenim meis hisce editis scriptis, cum sit demonstratum abundanter, quod meus jam dictus Adversarius, hominibus medeatur pessimè, Certe Patriæ meæ Senatus jam sit admonitus, ut ejus temeritatem atque audaces conatus reprimat, & Pharmacopœo, ne ejus medicamenta amplius præparet, serid injungat.

.. Potuisssem quidem, ut vestris in illum meritò utar verbis, ex aliorum judicio & consilio, ad hæc aliquandiu connivere; nam talium Medicorum nomen, quos vulgus (inanis plerumque æstimator) tantum probat, hodiè viget, cras evanescit! Verùm cum mihi non tantum rei ipsius veritas, honestaque mea fama, verùm salus meorum civium curæ & cordi esse debeat, quos hætenus læsit graviter, non cunctandum, sed tempestivè huic malo

Reme-

Remediū fuit inveniendum. Quòd si suos patronos invenerit amplius, fatum finistrum nostrorum hominum accusandum est, qui vanâ spe lactari volunt, atque emunctis marsupiiis, in vitæ discrimen adduci. Verum hi cum deinceps viderint, hunc suum clientem, majores strages ægrotantium edere, quàm victorias ex morbis convalescentium reportare; tandem magno suo damno se id fecisse cognoscunt, & cognoscent amplius, si illum hominem defenderint amplius.

Hæc, quibus primo Judicio, & quidem modestè, prout philosophi, cum hominem, & exclusum tempore decet, responderem, habui.

Responsio ad secundum sequitur.



## RESPONSIO AD

*Iudicium secundum.*

**A**D quod respondendum paucis:  
 1. Scribitur, quòd mea Recepta  
 magis ad ostentationem Medici-  
 næ paracelsicæ, quàm efficacia, ut  
 existimat, sint conscripta. Atqui  
 ego non sic existimo.

Quæ enim hic est ostentatio? For-  
 tè, quòd Liquoris, Sulphuris, Salis,  
 Spiritus &c. usus sim nominibus.  
 Verùm superioribus confirmatum  
 fuit, quòd illa Legitima artis Her-  
 meticæ sint vocabula. Quod spe-  
 ctat efficaciam, neque hic deest illa.  
 Theophrastus etenim ille Helvetius  
 chemicæ, hoc est, rura, jucunda & ef-  
 ficacia præscribit Remedia; talia  
 cum sint mea Recepta, quis, quæso,  
 accusare poterit eadem. Quamvis  
 illorum sylvam haberem præpara-  
 tam ingentem, cur tamen destituar  
 illa, obstat invidia, impedit inscitia.  
 2. Refertur, ex Scriptoris Receptis  
 appa-

apparere, quòd nihil de Paracelsi doctrina constet.

Ecce,

*Fistula disparibus paulatim surgit avenis.*

Etenim Adversarius meus inde, contra mea studia sumplerat fundamentum, quòd nimirum ego, cum Paracelsi addictus Medicinæ, dignus essem, qui non tantum in mea studia, verum etiam personam Paracelsi, ipsiusque Asseclas, tam atrociter invehetur, atque tam pessimis traduceret mendaciis, conviciis atque calumniis. Quodque ex primo quoque apparet Judicio, ubi ex Thesi illa falsissima adsumitur, atque omnia mea non tantum condemnantur studia; verum etiam irrogatur illis infamia. Hic verò, inquam, nihil de Paracelsi doctrina constare affirmatur. Si hoc est, uti quoque etiam verissimum est (Etenim ne verbulo quidem probari potest, uti ex Receptis meis apparet, quòd addictus sim Medicinæ Paracelsi.

cellica; cum & alii Chemici, qui alias repudiant Paracelsum, iisdem loquantur vocabulis) quæ causa, quamobrem. præter meum meritum, tantis & tam pessimis traducar atque obruar mendaciis, conviciis, calumniis; quamobrem omninò condemnar? quamobrem, inquam, mihi irrogetur infamia? Certè illi, qui Deus ultionis dicitur, hæc committenda.

Additur postremum, quòd meus Adversarius bono sit animo, atque meos fautores æquo animo ferat, & tempori cedat, cum sint homines, &c. Quæ certè, undè orta, reflectantur verba; nimirum, in Adversarii ipsius caput & jugula ipsa? Est enim spurcius ille Medicus ferendus paulisper. Certè, certè, in suo contra me, injustissimo pessundabitur proposito. Cui quoque sat responsum sit Iudicio.

Quapropter quid hîc scelerata ille invidia, bonis omnibus inimiciss-

cissima, cum maxima conjuncta inciticia, contra antiquam, nobilem & præstantem illam artem Medicam Hermeticam, tumque mea studia curârit, refert omninò nihil; cum nec veritati noceat, nec virtuti officiat quidquam, sat erit, si eruditione atque autoritate præstantes viri, veritati, imò virtuti suum perhibuerint Testimonium, atque mea commendârint studia.

Etenim placet mihi, ut inquit Hæstor ille Nevianus, qui non tantum laudari se lætatur, sed addit etiam, à laudato, viro; Cum gloria sit approbatio conscientie nostræ rectè judicantis, & aliorum rectè judicantium, inquit Dn. Philippus Melanch. De hac gloria Paulus inquit: Explorete unusquisque suum opus, & sic gloriam habebit in seipso, & non ab alio, Id est, si rectè feceris ea, quæ sunt tui officii, habebis approbationem conscientie, quæ affert tranquillitatem,



tatem, & non quæres gloriam, ob-  
trectatione aliorum, vel populari  
applausu. Hæc Melanch.

Quorum quinque saltem, etsi in-  
manibus sunt plura, meorum hîc  
studiorum, in diabolicæ illius insci-  
tiæ atque imperitiæ favorem atque  
gratiam

(*Rumpantur ut ilia Momo*) allegabo,  
Testimonia.

Illorum sic habet

## I.

DEO OPT. MAX. AUCTORE.

DECANVS, CÆTE-  
riq; Doctores. & Professores,  
Collegii Facultatis Medica, in Aca-  
demia Jenensi, Lectori  
Salutem.

QVod τῆς ὑγείας πατὴρ Hippocra-  
tes, de Sophistis suorum tempo-  
rum, Medicinam, artium omnium  
gloriosissimam suo privare honore  
nitentibus, querebatur: idem ætate  
hac

hac nostrâ queri multò magis cogimur: quâ non promiscua duntaxat idiotarû plebs, sed etiam inter eruditos haud pauci, præclarissimum hoc DEI donum, inani quodam contemnunt fastu, probris dehonestant, & in nihil æquè suos dirigere conatus videntur, quàm ut, qui multis vigiliis in illam insudârunt, ac laboribus indefessis multisque sumptibus, tandem ad fastigium ejus conscenderunt, honorum præmiorumque expectatione frustrentur. Tanti verò contemptûs hujus & infelicitatis, utilissimam artem, quæ ream faciat, unica est, quod præclare idem Hippocrates *ubi vides* indicat, eorum, qui eam exercent, ignorantia, quòd pauci sint, qui Sapientiam ad Medicinam, & Medicinam ad Sapientiam referant, & contrâ reperiantur plures, personis, quæ in Tragediis introducuntur, simili, qui figuram quidem, habitum atque personam eorum, quos referunt,

runt, habent, illi ipsi autem verè non sunt. Tales hodiè, qui universæ artis perfectionem & laudem positam esse contendunt in præparatione unius atque alterius medicamenti, quod ad morbos omnes sanandos efficacissimum esse jactant, neglecta malignè, & nulla cum maturitate, nulloque servato decoro, damnatâ omni doctrinâ veterum, utcunque firmissimè rationibus stabilita, & multorum annorum seculis usâ recepta felicissimeque comprobata sit. In his, si quæ cum doctrinâ pietas conjuncta esset, merito eos sui suppuderet. Nunc verò cum pleriq; indocti sint, & cujusq; præclaræ Philosophiæ ac solidioris Medicinæ ignari, nec legitimæ vocationis Testimonium habeant, nulla quempiam tenere debet admiratio. Verùm nec his multò meliores illi sunt, qui multiplici quidem remedium instructi suppellectile, sed solâ incertâ atq; fallaci experientia

eris freti, ad faciendum Medic-  
 nam accedunt: Ut enim qui specu-  
 lationibus dedit tantum, quantum-  
 vis Philosophorum & Medicorum  
 dogmata probè cognita illis perspe-  
 ctave sint: usu tamen nisi valeant,  
 cum fiducia & agrorum salute curati-  
 ones vix aggredi possunt: Eodem  
 modo *emulsi* pura, ratione & me-  
 thodo destituta, dum posthabita omni  
 Indicatione mederi conatur, non  
 potest non erroris, diffidentie, pericu-  
 li atq; infamiae esse plenissima. Ejus-  
 modi igitur divinae artis abusus, ne  
 cui hominum afferre pernitiē posset,  
 prudens antiquitas, de salute & incol-  
 lunitate universi hominum generis  
 anxie sollicita, consilio gravissimo &  
 ratione optimā, sedulo cavet, ut ne-  
 moveat aut possit saltē locū habere  
 inter Medicos, nisi & spectata ipsius  
 virtus exploratione & judicio eorum,  
 quib. in scholis publicis cura haec for-  
 mandi & designandi Medicos est cō-  
 missa, probè ipse Medicina decreta  
 didi-

didicisse, & ad artis usum ac praxin  
 cum salute mortaliū admitti posse,  
 sub titulo Privilegii & Testimonii  
 publici, compertus probatusque  
 fuisset. Quam veterum cautionem  
 & sollicitudinem, si aliās unquam,  
 proscōdō hoc tempore nō os adhibere  
 necessitas est: quo nescio, quibus  
 hominibus, quā personā indutis,  
 Medicos sese profiteri & venditare  
 licitum est. Ut ergo quasi tesseris &  
 notis internosci possint, quibus tu-  
 tō nostra credi vita & sanitas queat,  
 literas hācce publicas privatę virtu-  
 tis & eruditionis testes & indices,  
 eas, suo exigente jure, viro præstan-  
 tissimo, Domino PETRO AMELUN-  
 GRO, viri gravissimi & prudentissimi  
 Dn. PETRI AMELUNGII, apud  
 STENDALIENSES, Senatoris dignis-  
 simi, filio, communicavimus. Ille  
 enim, postquā multos annos ope-  
 rā continuā & studio indefesso, in-  
 laudatissimis Germaniæ, cum supe-  
 rioris, tū inferioris, & Galliæ, Aca-  
 demiis

demis & aliis locis celebrioribus,  
 ductu & operâ summorum viro-  
 rum, quos publicè & privatim au-  
 divit: tumquæ cum ipsis de negotiis  
 Physicis & Medicis scitu necessariis,  
 contulit, studia Medica secutus es-  
 set, & tandem ad nostram, quæ in  
 Thuringia est, apud Jenenses, Aca-  
 demiâ accessisset, & quæ ad artis per-  
 fectionem pertinebant, ita se com-  
 plevisse & consecutum esse confi-  
 deret, ut cum salute mortalium pro-  
 dire in publicum, & exercere autem  
 posse videretur, post diligentem in-  
 vitam & mores inquisitionem, pro-  
 more statutorum ad *disputationes* exo-  
 tericam, quam petiit, admissus est:  
 Hinc Examen acroamaticum, rigi-  
 dum & severum eidem apertum,  
 à quo casus ipsi propositus Practi-  
 cus, in quo discutiendo artisquæ ap-  
 plicando theoremata suam indu-  
 striam demonstraret; tandem in-  
 umbratilem eductus arenam, Dis-  
 putationis publicæ solenni, de Dy-

b                      sen-

senteria, sub præsidio JACOBI FLA-  
 CHII Doctoris, Professoris & Senio-  
 ris in Facultate medica, quæ ageba-  
 tur, ingenii, cum alacritatis, tum  
 præsertim in arte Medica progres-  
 suum suorum omnibus & singulis,  
 qui aderant, quatuor Facultatum  
 Professoribus, aliisque Doctoribus,  
 Licentiatis, Magistris, tam Medici-  
 nae, quam aliarum artium Faculta-  
 tumq; Candidatis & Studiosis spe-  
 cimen egregium dedit: ita quidem,  
 ut omnium Collegii Medici proce-  
 rum consensu, suadentibus appro-  
 bantibusque cunctis, dissentiente  
 penitus nemine, dignissimus habe-  
 retur, cui Apollinea Laurus & Do-  
 ctoratus Medici Insignia & Digni-  
 rates solennibus ceremoniis confer-  
 rentur. Itaque ad decimum diem  
 mensis Decembris, Anno repa-  
 salutis millesimo, sexcentesimo &  
 quarto, conventu omnium Ordi-  
 num ad ædes sacras Collegii, indicto  
 Academico, sub RECTORATU &  
 DECA-

DECURIONATU, in arte Medica,  
 Magnifici & Spectabilis Viri, Docto-  
 ris ANTONII VARI Philosophi &  
 Medici, cum in Problemate, quod  
 disceptandum susceperat, enuclean-  
 do, industriæ & sedulitatis suæ illu-  
 stre Testimonium accepisset, fidem-  
 que suam Facultati Medicæ jure ju-  
 rando obstrinxisset, à JOHANNE  
 FRIDERICO SCHRÖTERO, Phi-  
 losophiæ, Juris utriusque & Medi-  
 cinæ Doctore, legitimè promot.,  
 &c. Agonomethâ, consuetâ Festivi-  
 tate, ad hoc ipsum ex Collegarum  
 numero delecto, in Apollineam  
 Cathedram evocatus, ornamentis  
 Medicis, pileo, annulo, libro do-  
 natus, osculo pacis in medicam  
 civitatem receptus, cæterisque  
 adhibitis Festivitatibus solitis, Me-  
 dicinæ Doctor designatus, pro-  
 motus, creatus & proclamatus,  
 docendæ, exercendæque Medici-  
 næ, omni loco & tempore potesta-  
 tem accepit plenissimam. Privilegia

b 2

insu-



insuper & immunitates publicas,  
 Doctoribus Medicinæ ubivis terrarum,  
 sacrosanctâ Imperatoriâ auctoritate concessas, liberè, nemine impedi-  
 ente, docendi, legendi, scribendi,  
 interpretandi, exponendi, vera  
 dogmata, voce scriptoque defen-  
 dendi, falsa impugnandi, confutan-  
 di, ægros invisendi, de morbis con-  
 sultandi, unâ cum omnibus, aliis ad  
 medendi artem pertinentibus Pri-  
 vilegiis, quæ huic Dignitati Jus &  
 Autoritas Imperatoria clementis-  
 simè concessit, ad omne vitæ tem-  
 pus usurpandis, unâ eademq; operâ,  
 à Promotore suo consecutus. Potè  
 Beata hæc, quamvis suo merito  
 ipsi contigisse, ipso sermone, con-  
 versatione, actione denique & ope-  
 re, in quo laus potissima consistit:  
 tumque literis illis testimonialibus,  
 quibus de ipsius ortu honesto, stu-  
 diis, vitaque antè acta, in Patria ho-  
 norificentissimè, & sentit, & nobis  
 scribit Senatus Sordaniensis am-  
 plif-

plissimus, ipse testari apud quemvis abundè possit: tamen quia hic Clariss. & Doctiss. prænominatus Doctor PETRUS AMELUNGIUS Jun. Stendaliensis March. Brandeb. ad gratiam augendam, fructusque laborum amplificandos, ac præsertim ad retinendam relinquendamque apud posteritatem honestam & jucundam sui nominis & honoris memoriam, contestationem nostram, haud vulgare adjumentum fore confidit: Non potuimus non, quod nostri erat officii, & plena exigebat veritas, ipsi libentissimè persolvere. Cum ergò minimè dubitemus, adhibito magis magisque usu & applicatione artis, cum Reipub. salute singulari, suam ipsum industriam & felicitatem ampliùs demonstraturum. Idcirco magnoperè petimus, ut boni omnes, quâ possunt auctoritate, consilio & auxilio prædicti Dn. Doct. PETRI AMELUNGII honores rursi & provehere commoda b 3 dignen-

dignentur. Quod si fecerint, dabimus operam & nos strenuam, ut vicissim de illis, si quæ se bene merendi occasio obtulerit, quàm præclare mereamur. In quorum omnium fidem ac testimonium præsentēs literas, nostræ Facultatis Sigillo muniri curavimus, quæ datæ sunt JENÆ ad SALAM, III. Idus Decembris, Anno publicæ salutis M. DC. IV. IMPERANTE RUDOLPHO. II. Cæsare Augusto: Principatum Patriæ tenente, Illustrissimo Principe; JOHANNÆ &c. proprio & tutorio nomine, Incliti Fratris ipsius FRIDERICI. WILHELM, piæ defuncti filiorum: Ducum Saxoniz, Landgraviorum Thuringiz, Marchionum Misniz, &c. Dominorum nostrorum Clementissimorum. Testes adfuere hujus Actus Reverendi Clarissimi & Ornatissimi omnium Ordinum & Professionum Viri, & inter hos, vel dignitatis, vel autoritatis, vel gra-

gratiæ, & benevolentia ergò, cum  
 primis commemorandi, AMBRO-  
 SIUS REUDENIUS, Sacre Theo-  
 logiæ, JOHANNES STROME-  
 RUS, Consiliarius Saxonicus, & Fa-  
 cultatis Juridicæ Ordinarius, VIR-  
 GILIUS PINGGITZERUS,  
 DOMINICUS ARUMÆUS, Ju-  
 ris, Antecessores, PHILIPPUS  
 JACOBUS SCHRÖTERUS, ZA-  
 CHARIAS BRENDelius,  
 ANDREAS ELLINGERUS,  
 MAURITIUS SCHRÖTERUS,  
 Medicinæ Doctores, WOLF-  
 GANGUS HEIDERUS, GE-  
 ORGIUS LYMNÆUS, PE-  
 TRUS PISCATOR, Philoso-  
 phi; omnes Academiæ JENEN-  
 SIS Professores & Collegæ, alii-  
 que complures, omnium Faculta-  
 rum Doctores, Magistri, Candi-  
 dati ac Studiosi, tam ex nobili,  
 quàm aliorum Ordinum genere.  
 Inter quos LEVINUM à Schu-  
 lenburg / & GABRIEL EM

à Weida / EQVITES MARCHICOS  
Brandeburgenses nobilissimos, bre-  
vitatis studio nunc nominare libuit.

## II.

**C**Ur non jure tibi summū gratarer bonorem,  
ARTE novum in MEDICA, quem  
modo PETRE capis?

Dignus eras dudum, cui tempora Laurus obiret:

Qui ferres studii premia parta tui.

Sed quia non felix Medici Medicatio; si non

Robur & auxilium detq; feratq; DEVS.

Hunc precor, ut semper tua dirigat acta benignè

Suppeditans largâ, pharmaca tua, manu.

Tu quoq; Doctorum tractare volumina perge;

Afiduâ & Casus Mente revolve graves.

Hinc constabit honos, tula eritq; salubrior, egri

Auspice quam CHRISTO, sic Medicina, dabit.

Johannes Fridericus Schrö-  
terus, Phil. Juris utriusq;  
& Medicinæ D. legitime  
promotus. C. P. Caesar.  
Jenæ, Anno S.H. 1604.

chy-

## III.

**C**hymica si referunt doctam medicamina  
laudem,

Vix te Spagirus doctior alter erit.

Largis hic equidem manibus mittuntur in urnam

Thria; perrarò vatinator adest:

Est aliquid ferrum, gemmasq; resolvere flammâ,

Et quæ sunt generis consociare paris.

Sed ratione viris, quæ sunt liquefacta decenti,

Propinare ægris, hoc opus, hic labor est.

Illo animis fingunt medicamina plures,

Non secus ac bps, vel vacca tuenda foret.

Ars tua PETRE docet melius, melius tua virtus,

Concretas partes dissociare potest.

Quæq; quibus, quo pondere, tēpore, quaq; figurâ,

Et quibus ex causis sint adhibenda, tenes.

Ergò dignus ades, cui præmia digna ferantur,

Moribus & studiis digna brabeja capis.

FERNELIVM famâ vinctas, opibusq; THA-

DAEVM,

SCHRÔTERVMq; senem prosperitate,

precor.

M. Johannes Wedel Eschen-  
bach. Palat. Jenæ, Anno  
S. H. M. DC. IV.

b 5

ORNA.

## I.V.

*Ornatissimo ac Doctissimo Viro,  
Domino PETRO AMELUNGIO, Med.  
Candidato, jam Stendaliae in Patria Medi-  
cinam exercenti, amico suo plu-  
rimùm colendo.*

S. in Christo Iesu, Amen.

**A**ccepi tuas literas. præterito au-  
tumno, ad me datas, ornatissime  
ac doctissime Domine PETRE, ex  
quibus intellexi, te post discessum  
ex hac Academia, alia celebriora  
loca adiisse, ac in studio Medico  
gnaviter perrexisse, ut fundamen-  
tis ejus hîc fideliter jactis absolu-  
tum ædificium artis Medicæ super-  
struere possis; quod postea exor-  
nasti variis peregrinationibus, quæ  
tibi occasionem præbuerunt con-  
versandi cum celebribus Me-  
dicis.

Qua in re, imitatus es præceptum  
Hippocratis, lib. de Arte, nimirum,  
ut discipuli perceptis præceptis ar-  
tis,

tis, postea peregrinentur, & varias morborum species cognoscere & curare discant; quod ipsum vocat *σοφίαν μεταίχειν εἰς τὴν τέχνην*, seu ut vulgò loquimur, theoriam accom-  
modare praxi. Esi hisce tuis lite-  
ris, tum temporis, statim respon-  
dissem, tamen quia cognatus tuus,  
qui mihi eas reddebat, existimabat  
nulla opus esse responsione, ego-  
que ex literis dictis intelligebam,  
quod in animo haberes, huc ad nos  
redire, non studendi gratia, sed  
accipiendi præmia laborum in stu-  
dio Medico translatorum, distuli  
respondum usque ad hoc tempus,  
quo commodè sese offerebat oc-  
casio ad te scribendi, cum Collegæ  
mei in negotiis Academiae no-  
stræ perficiendis ad vos proficisce-  
rentur. Expressè quidem in lite-  
ris tuis hoc ipsum non significaba-  
tur, sed mihi hoc facile erat col-  
ligere, cum antea Filio meo

M. Fri.



M. Friderico, Lipsiæ commoranti,  
animum tuum talem declaraveris,  
Cum itaque Decani munus in no-  
stra Facultate post aliquot dies ad  
me devolvetur, volui hisce te com-  
monefacere, & quid in animo ha-  
beas, explorare, quò tempestivè de  
rebus illis cogitare possem. Experie-  
ris meum & totius Collegii nostri  
singularem favorem, benevolen-  
tiam & promptitudinem, in studiis  
tuis promovendis & cohonestandis.  
Neq; dubito fore etiam alios com-  
petitores, qui se adjungent, atque  
ita sumptus leviores efficient. Pau-  
ca hæc animo amico & benevolo  
ad te scribere placuit, simul petens  
ut cum Domino M. Neandro, qui  
tibi hæc reddit, rescribas, & statum  
tuarum rerum exponas, num vide-  
licet in Patria non solum praxin ex-  
erceas, sed etiam, num publico sti-  
pendio conductus, Physici munus  
ibidem sustineas. Vale, & me tu  
studiofissimum esse, tibi certò per-  
suade

suadeo. Datæ Francofurti March.  
11. Aprilis, Anno 1602.

T. Studiosiss.

Sebastianus Möllerus, Med.  
D. Professor & Senior  
Facultatis.

V.

*Clarissimo & doctissimo Viro,*  
*Dn. PETRO AMELUNGIO, Medi-*  
*cinae Candidato, in Patria Stendaliæ Medi-*  
*cinam facienti, amico suo co-*  
*lendo &c.*

**C**Larissime & doctissime Vir, ami-  
ce colende, cum clarissimus iti-  
dem & excellentissimus Dn. Doctor  
Sebastianus Möllerus, Collega me-  
us honorandus, mihi significaret, re-  
percipere, gradu Doctoris à Fa-  
cultate nostra Medica ornari, modò  
minus atque alter competitor esset,  
faciendum putavi, ut te certiores  
acerem, aliquot Viros eruditos,  
Medicinæ Candidatos, nomen  
suum

suum apud me hoc temporis Decanum professos esse, qui post festum Bachanaliorum hinc sese sistunt, & præmisso examine, habitaque Disputatione publicâ, circa festum Paschatis, insignibus Doctoralibus sese ornari perent. Horum è numero sunt, &c.

Quapropter cum te, ex quo tempore mihi innotuisti, magnificè, ob ingenii præstantiam, morum modestiam, atque summam in studiis Medicinæ industriam atque assiduitatem, si à nostra Facultate iisdem honoribus insigniri cupis, nomen tuum apud me profitearis, ante vel paulò post festum Bachanaliorum; faxo ut intelligas, me & veteri amore te prosequi, & ad omnia, quæ ad te ornandum profutura sunt, promptum esse atque paratum. Vale, raptim Reinshergo, quod oppidum est vicinum Rupino, quo evocatus jam sum ad medic-

SPECIALIOR. 351

ificationem nobilis viri N.N. 3. Dec.  
semp. Anno 1602.

*Qui te amat,*

*Georgius Seilerus, Facultatis  
Medicæ in Academia Fran-  
cofurtensi ad Oderam Pro-  
fessor publicus, & pro tem-  
pore Decanus.*

**Q**uibus in medium allatis omni-  
bus, convictum dilucidè arbi-  
tror, quàm verè, cum in Antiquam,  
Nobilem & præstantem illam Me-  
dicinam Hermeticam, tumque mea  
studia effusa illa persistant men-  
dacia, convicia, calumniæ  
atque infamia.



# RESPONSIO QUAPROPTER

Vos ego jam omnes, sapientes, prudentes, ingenuos,

Quotquot Antiquâ, Sacrâ, Nobili  
& præstanti illâ HERMETICA Gente  
estis oriundi, & quot nascen-  
tur in illa,

*Per*

EUM, qui HYGIÆ & PANACEÆ  
Vos UNUS & TRINUS præfeci,  
*rogo, obsecro, obtestor,*

Ut pro suo quique & Nosse & Posse,  
quantum à Mortalium custo-  
dia supererit otii,

(Supererit autem vigilantibus &  
diligentibus multum)

Id omne veritatis illius Hermetica  
defendendæ & illustrandæ Philo-  
sophico studio, Mendacii &  
Improbitalis Christia-  
no odio

*Ad*

Cyclopicum, Giganteum atque  
 Ætholicum illum Aprum, amoenis-  
 simum, atque in Christianæ Civita-  
 tis salutem confutum Hermetis il-  
 lud VIRIDARIUM, turpiter de-  
 vastantem, depopulantem, depa-  
 scentem, expellendum, ejici-  
 endum atq; removen-  
 dum.

*Conferatis, impendatis, consumatis:*

*Atque simul & Vos,*

Qui aliquando suavissimi illius Her-  
 metici VIRIDARII, suavecolens  
 jam dictum LILIUM decer-  
 pere exoptatis,

*Quo possum studio, operâ & conatu*

Moneo, hortor, in-  
 stigo,

*Uc*

*Ue*

AETERNUM illum, & LUMINUM  
 & MUNERUM omnium DIS-  
 PENSATOREM benefi-  
 centissimum uni-  
 cum,

*Oretis, rogetis, sollicitis;**Quò*

Apertis oculis, ipsam VIRIDARI  
 illius Hermetici, viam Regiam in-  
 gredientes, dictum jam LILIUM  
 inveniatis, habeatis,  
 possideatis;

*Tumq. idem*

UNI, TRINUNO, SOLI TER-  
 QVE MAXIMO  
 ILLI

*Acto*

Acceptum referentes , dicantes, consecrantes,

in

PIORUM atque proprium commodum conservandum atque augendum

*Conferatis , ponatis , collocetis :*

Cujus

AETERNAE, DIVINAE, OMNIPOTENTI ET GLORIOSAE MAJESTATI,

Pro hoc & aliis Naturae revelatis MYSTERIIS,

Sit

et

LAUS.



36 RESP. SPECIAL  
LAUS, HONOR ET  
ÆTERNA GLORIA,

Per

Omnia omnium Seculorum  
Secula, Amen.

FINIS.





L I P S I Æ

ABRAHAMUS LAMBERG  
*excudebat,*

Sumptibus JACOBI APELII.

---

ANNO M. DC. VII.















